¶ An ab adiecto poſſit repeti ⁊ qua actione:ibi.Quero an. Et ſi vendo tibi rem ⁊ promitto de euictione ⁊ illam rem alij donas ⁊ a donatario euincitur an poſſit cōtra me agere.ibi.Quero vendidi.

i **Ulianus ſcribit.**

Qui fundū. ¶ Si in re ſoluta deficit aliquod ius adhuc ipſa res peti pōt.h.d.ibi:vt ſibi de euic. promittaf̄.no.formā libelli. ¶ Op.dicif̄ hic ꝙ poſſum petere de euic.mihi caueri. Cōtra:quia cui debef̄ res ex cauſa lucratiua non debetur euic.vt.l.ariſto.§.fi.s̄.de dona. ⁊.l.ij.C.de euic. Huius cōtrarij timore dicit glo.⁊ Pe.ꝙ hic preceſſit ꝓtractus ex cuius natura debef̄ euictio:non dicunt verum quia quando quis eſt obligatus ad dandū tenef̄ de euic.vt hic:quia fuit ſtipulatus dari:⁊ hoc eſt quod dicunt glo.Aut donatio cepit a precedenti cōuētione ſemper tenef̄ de euictione:quia fuit ſtipulatus dari:vt eſt gl.no.ī.l.ij.C.de euic.⁊.l.ariſt.§.fi.s̄.de do. ¶ Op. de.l.ſi domus.§.fi.de euic.s̄.de le.i. Glo. dicit hic preceſſit ꝓtractus ex cuius natura debef̄ euictio. By.in.l. ſi dom°.§.fi.de euic.rep̄hēdit iſtā glo.qa qñ ē obliga-

tio dãdi semp tenet de euictiõe: ⁊ ñ põt peti euictio: sz ipse fũdus petit pncipaliter: vt de euic. caueat: vt hic. ¶ Alteri⁹ ꝓcedo. ⁊ vt q ñ debeã petere rẽ: qa eã hẽo sz debeo petere qõ mihi deest: vt. l. si stipulat⁹. §. i. ỗ solu. ⁊ l. eũ q ita. §. pe. ỗ. e. gl. soluit ⁊ bñ. ¶ Op. de. l. ele gãter. §. ñ solũ. ỗ. de dolo. gl. soluit. dic vt ibi plene no. per Ly. i. l. exhibitionis. C. ad exhi. ¶ Quero qũo fo met libell⁹. Ly. i. l. exhibitõis. dat plures formas. dico tibi q facias iudicẽ clax de eo q petis fũdũ: ñ vt fud⁹ det sz de euic. caueat: vt hic i tex. ¶ Quero an ab adiecto posset repeti: ⁊ q̃ actõe. de hoc ẽ opi. i glo. Tu dic. qñqz aliqs ad solutõez adijcit aio donãdi ⁊ nõ põt ab eo repeti: vt hic i ñ. expssi⁹. ỗ. de vsufr. l. sz ⁊ si qs in pn. Qñqz adijcit nõ aio donãdi ⁊ ꝓstat. ⁊ tunc aut pcessit mãdatũ ⁊ tenet actõe mãdati: vt hic. Aut mãdatũ nõ pcessit. ⁊ tũc aut ẽ adiectũ pñs. ⁊ tũc vt repeti actione mãdati. Aut ñ pñs: ⁊ tũc actõe ne. ge. ⁊ hoc mõ debẽt ꝓcordari opi. gl. ⁊ gl. i. §. si qs alij. isti. de inuti. sti. i dubio dõare ñ psumit: vt. l. cũ de idebito. ỗ. de pba. ⁊ hic no. i gl. ¶ Quero vẽdidi tibi rẽ de euictõe pmisi: istã rẽ alij dõasti: a dõatario ẽ euicta an de euictõe posit agere. ⁊ Ja. de are. dicit q hic i ñ. ẽ casus q ñ ⁊ bñ. Glo. ẽ in. l. ñ, p re. i ñ. vlti. gl. ỗ. de euic. ⁊ qdã volũt istud dcm̃ itelligere distiguẽdo. aut ille fuit simplex dõatarius: ⁊ tũc pcedit dcm̃ istox ⁊ gl. Si gra remunerãdi. ⁊ tũc de euic. tenet. adducũt. l. idẽqz. §. ñ. ⁊ l. se. ⁊ l. si ꝓ ñ re. i pn. e. ti. Istã. q. format Ja. de are. ⁊ pdicta puto va si simpliciter fcã ẽ dõatio rei. sz si istrz dõatõis eẽt pigue sicut fieri ꝓsueuit: vt dõauit rẽ ⁊ oẽ ius sibi ꝓpetẽs vel ꝓpetiturũ i re vel ei⁹ occasiõe faciẽs eũ pcuratorẽ in rẽ suã ⁊ c̃. tũc talis dõatari⁹ posset illi pmo vẽditori denũciare ⁊ re euicta de euictiõe agere. casus ẽ no. ỗ. ỗ euic. l. si res. qõ tene mẽti, p istris ẽptiõis: qa posset dcõ casu ẽptor directo denũciare auctori auctoris sui ⁊ euitare⁹ circuit⁹: q no. i. d. l. si, p re. Et pdicta puto va q tuz ad actõez ex ẽpto vel pscriptis vbis, p euictõe sz i actione ex stipulatu, p dupla. sec⁹ qa illa hz ꝓditõez si euicat ei vel ei⁹ hrdi qõ hic ñ eẽt iõ ñ ꝓmitteret: vt. l. si cũ venditor. §. si pu⁹. ỗ. de euic. facit qõ no. i. d. l. si, p re. Itẽ i casu pdicto cũ auctori auctoris sui denũciaret dz expmere q hoc facit tãq̃, pcurator i rẽ suã seu ex iure sibi ꝓcesso ⁊ c̃. ñ vt simplex dõatari⁹: vt hic: ⁊ d. l. si res. Itẽ ẽptor q hz bona auctori sui tacite obligata, p euictiõe posset ex vigore vtilis sibi ꝓpetẽtis, p hypotheca denũciare auctori auctoris: vt. d. l. cũ res. i ñ. qõ ẽt hodie, p cedit si, prim⁹ auctor ñ ẽ soluẽdo. alias ẽ dubiũ pp discussionẽ q̃ sm quosdaz dz pcedere añq̃ ista via possit intentari: vt no. p Ly. i. l. nomẽ. C. q̃ res pig. obli. pos.

Ex. l. sequenti.

¶ Emancipatio an sit penavel honor: ibi. Op. q. Et si qs, pmisit nõ petere reductiõez ad arbitriũ boni viri dz itelligi nisi iniq̃ arbitratuz sit. Et q, pmisit defẽdere castrũ meũ ñ tenet si exercit⁹ ibi venit pp meũ delictũ: ibi. Sz op. Et an pena cõmittat si qs illũ de domo expulit quẽ vt filiũ tractare, pmisit: ibi. Igit. Et qd si nõ tradit eũ i disciplinã. Quid si exhrdat, sine cã vel cum cã ⁊ hrdes non, pbãt. Et qd si talẽ filiũ ex modico isti tuit ⁊ qd si itestat⁹ decedat ille q, pmisit aliquẽ tractar vt filiũ: ibi. Quid: cũ. iiij. vsi. sequẽtib⁹. Quid aũt si ciuitas, pmittat feneratori illũ tractare vt ciuẽ ⁊ faciat de inde statutũ q illi feneratori non liceret petere debitũ vsqz ad tres annos an contrauentũ sit: vide in ñ.

q **Vidã cũ filiũ.** Qui aliquẽ tãq̃ filiũ tractare, pmittit ipm emancipare istituere vel exhrdare tenet de iure uel de facto. alias pena cuicunqz stipulatori cõmittit. h. d. Ista lex ꝓsueuit reputari difficilis: ⁊ hz casum singularez q ñ ẽ alibi. pmo ponit tres. q. scõo vnã rñsionẽ generalez ex q̃ colligit rñsio scõe. q. tertio ponit rñsio tertie qõnis. q̃rto ponit rñsio pme. va ibi. rñdeo stipulatõ. tertia ibi. sz videam⁹. q̃rta ibi. i ea aũt. In tex. ibi. repulit. subaudi hoc ñ faciũt pres sz eos retinẽt ⁊ alũt: vt. l. si qs a liberis. i pn. de lib. ag. ⁊ iõ hoc casu pena ꝓmittit sm Ja. de are. ibi. ꝓmittat certe sic: vt. j. v. sz si is. ibi agẽtis fuerit subaudi. certe nihil. ibi. stipulatio ꝓmittat. ⁊ certe ñ cõmittit: vt v. sz videam⁹. ibi. rñdeo stipulatio. So. q̃dã generalis ad oẽs predictas. q. ex q̃ colligit õterminatio medie. q. sm By. ibi. ꝓmittat stipulatio. subaudi a quocũqz sit tradit⁹. Sed videam⁹ istas subdiuidit. pmo põit solutõem tertie. q. va ibi. qd ergo tollit vnũ dubiũ circa illã. tertia ibi. q̃re dat ꝓsiliũ. q̃rta ibi. quo tũ. format vnũ dubiũ circa dictũ ꝓsiliũ: ⁊ soluit vsqz ad v. si i eo. lege lraz ⁊ ibi: an victo subaudi pp, pbatõis defectũ vel iudicis ignorãtiã vel iuriã. Ja. de are. vel qa exclusus erat tpe: vt. C. de in iteg. resti. mi. l. i. ¶ Venio ad vaz pticulã. ⁊ op. alteri stipulari vel pacisci nemo põt. l. stipulatio ista. §. alteri. ỗ. e. Sz hic fuit posita. q. i q̃ fuit stipulatus eẽneus pro eẽneo. huius timore ꝓtrarij dr in vtroqz. s. pmo ⁊ tertio ⁊ ñ vo. ⁊ vide gl. q̃ icipit. i. eũ expulit. sz ista solu. nõ vt va: qa sup iuriscõsultus posuit duos casus. vnuz qñ ñ adoptauit aliuz qñ adoptauit: lz tres fecit. q. sed forte gl. hũit respectuz ad v. ⁊ q̃ itersit. vbi ponuntur tria dicta. s. si filius. si alũnus ⁊ si cognatus. q̃re i vo ñ pcedit. s. i alũno. sz ñ video q̃re plus i cognato q̃ i alũno pp qõ dic vt sequẽs gl. qa iterest mea rõne affectionis. ar. l. cũ vuus. ỗ. mã. ⁊ vide gl. q̃ icipit. hoc pz lippis ⁊ c̃. Ista so. ñ ẽ va: qa rõ affectõis babet i actõibus bone fidei: vt. l. cuz vuus: qõ i stricti iuris ñ repimus: imo repimus ꝓtrariũ: vt. l. fideiussor. ỗ. de pac. q̃ ẽ so. dic ⁊ bñ sm By. q̃ hic sibijpsi stipulat ⁊ ñ alteri ⁊ pena cõmittit: lz ñ itersit: qa i penis itersse ñ ispicit. ¶ Venio ad v. sz videamus. dr hic q̃ exhrdatus hz q̃relã cõtra. l. cũ i adoptiuis. §. sz ne articulũ. C. de adop. So. illõ de iure nouo. hoc de iure ãtiquo. ⁊ vide gl. q̃ icipit oli plane. ¶ Op. inuit hic q̃ fili⁹ possit, emãcipari iuitus. ꝓtra i corpe q. mo. na. ef. sui. §. generaliter. l. nec auus. C. de emã. li. dico q̃ ille leges debẽt determinari per istã q̃ fili⁹ ñ põt cogi emãcipari nisi ex cã vt hic. ⁊ sicut pr cogit ex cã emãcipare filiũ. ita fili⁹ cogitur recipe: lz cõtrariũ dicat gl. ⁊ male. isti. q. mo. ius pa. po. sol. i ñ. ⁊. d. l. nec au⁹. ⁊. d. §. generaliter. i auc̃. q. mo. na. ef. sui. ¶ Op. q̃ emãcipatio ñ sit pena sed honor: vt. l. filiofa. vt leg. no. caue. l. vtrũ. ỗ. e. facit. l. cũ oz. §. cũ aũt. C. de bo. q̃ lib. Rñdeo ⁊ sũt va Ja. de are. fateor q̃ emãcipatio quo ad qd ẽ bonor: qa soluit pria ptãs. quo ad qd ẽ pena cũ fili⁹ adoptiu⁹ puet totaliter a successiõe: vt. l. cũ adoptiu⁹. C. ỗ adop. Itẽ i naturali sm ista tpa erat pena: qa admittebat ius agnatõis: vt. l. tutelas. ỗ de capi. di. ¶ Venio ad v. q̃re. Op. stipulatio illa per quã qs iuitat ad deliquẽdũ ẽ nulla ipso iure: vt. l. ꝓuenire. ỗ. de pac. do. ⁊ l. si vn⁹. §. illud. ỗ. de pac. sz hic iuitat adõliquẽdũ. ergo ⁊ c̃. Rñdet gl. q̃ dz itelligi qñ nõ meruerit. ⁊ vide gl. q̃ icipit hic no. ⁊ c̃. sz istud vr cõtra tex. q dicit victo i querela. ⁊ sic meruit. ⁊ istud tenebat Gui. de su. Ad rõnẽ rñdet q̃ pr põt priaz ptãtem exercere in filiũ viuẽs qõ sufficit. l. i. ⁊. ij. C. de pa. po. ⁊. l. ꝓgruẽti⁹. sz illõ ñ plz mihi: qa pr i uita ⁊ in morte penã põt iponere filio. ñ ergo pcõ ꝓtrahẽtiũ põt remitti: vt. l. iurisgẽtiũ. §. si paciscar. ỗ. ỗ pac. ⁊ p hoc fili⁹ iuitare⁹ ad deliquẽdũ: ⁊ iõ teneo gl. nraz q̃ bñ logit q̃ ñ intelligat victo cũ cã: sz p iuriã iudicis vel p ignorantiã vel qa tps erat elapsũ. vel dixi sm Ja. ỗ are. ¶ Sz op. si fuit uict⁹ p iuriã i q̃rela h̃ ñ poterit refricari i actõe penali: vt. l. q rome. §. duo frẽs. ỗ. e. sz opi. quã teneo. so. hoc iõ qa ista obligatio pẽalis ꝓmittit alteri q̃ filio⁹ victo cui ñ põt nocere fili⁹ ⁊ si ponis hũc filiũ illi stipulatori successisse. Rñ. qa diuerso iure petit. ⁊ sic penalis nõ est accessoria ad pmã actõem. Et sic no. q̃ qñ dicit in arbitrio, pmisit nõ petere reduci ad arbitrium boni viri intelligit nisi inique arbitratus fuerit p By. plene extra de reg. iur. in. c. scienti. li. vj. per Ly. C. de arbi. l.

a ¶ Alteri q̃z filio AD DE q̃ pau de ca. dicit hanc so. esse notãdam ex qua ifert q̃ si in cã euictiõis eẽt lata snia contra ẽptorẽ q̃ nõ piudicaret emptori q: nõ cẽt denũciatum ⁊ ageretur de euictiõe posset allegari per venditorem q̃ illa snia fuit iusta ⁊ q̃ sibi nõ hz piudicare q̃ dicit mẽti ppetuo notandum.

cũ ãtea.p Guil.de cu.ĩ l.si vn°.§.illud.ꝰ pac.p
cano.de iureiur.c.qntauallis.hic examinare cõ
trariũ eẽt difficile. Fac ad qõnẽ.qdã ꝓmisit ofẽ
dere meũ castrũ.ꝓmisi ꝏlictũ:ita q̃ exercit°fit.q̃
rit an iste teneat defẽdẽ. Et certe ñ tenet defẽ
dere qñ iuste sibi iferẽt bellũ. ar.hui°.l.7.x.col.ĩ
ti.hic finit lex.ĩ.c.dño guerrã. ¶ Venio ad ꝟ.ĩ
eo aũt.7 opponit.stipulatio q̃ admit testi facul
tatez est nulla:vt.l.stipulatio hoc mõ. Glo.tua
magna q̃ est hic transit per aliud 7 aliud.7 vide
glo.mag.in fi.7 dico q̃ magna est dria iter vnã
7 aliã:qa aut erat filio° adoptiu°:7 ñ poterat ex
hrdari iiuste.7 sicut añ tenebat ita 7 mõ:sed si
añ exhrdauit idẽ qa põt exhrdare sicut primo.
In eo ꝟo q ñ ẽ adoptat°:sz promisi simpliciter
tractare eũ vt filiũ idez:qa ita postea sicut ꝓmo
possum relinq̃re cui volo:lz hẽat iserere illa ꝟba
de fcõ exhrdo 7c.vt no.hic.Sed si ponerem°q̃
istũ ñ adoptatũ,ꝓmisisset ñ exhrdare tũc facien
do testm̃ ptereũdo icideret ĩ penã ex vigore pri
mi capitis:vt hic ĩ fi.exhrdãdo icideret in penã
ex vigore isti° scõi capitis 7 sic metu pene coge
ret eũ istituere.7 iõ tũc diceret ñ valere qa aufer
ret liberã testi factõem. ¶ Venio ad ꝟ.quo tm̃.
op.dr hic q̃ hz vtrãqz actiõem. ¶ Op. insti.de
inof.te.§.cũ autẽ.l.maximũ vitiũ.ĩ medio.C.de
lib.p̃.so.ista duo remedia dant ad diuersa ideo
ꝓcurrũt. Venio ad vltimã ptẽ.7 q̃ro de intelle
ctu ꝟ.sz si is.7 iste ꝟ.legit ĩ gl.qnqz modis.pri
mo ĩ eo q ñ adoptauit si emancipet vel exhrdet
pena ẽ cõmissa:lz ñ cũ effectu.7 vide gl. q̃ icipit
.r.7.m. Ista lec.ñ ẽ ꝟa:qa iste ñ tractauit eũ ali
ter q̃ vt filiũ:qa hoc solet ĩ filio fieri.iõ stipula
tio ñ ẽ cõmissa.7 sic non ob.exceptio. Alia ẽ lec.
Hug.7 differt a ꝓcedẽti:qa illi dicebãt q̃ pena
cõmittebat sine effectu quia obstat exceptio.hic
cũ effectu pena cõmittit.7 ista ꝟba lz supuacuo
aliter exponit:vt pz ex gl.sz ista ẽ mala lec.qa pa
trio iure vtit. ¶ Tertia lec. ẽ q̃ q̃rit an pena fit
cõmissa.tex.ñ rñdet:sz ipsi sic:q̃ pena ñ ẽ cõmis
sa:7 vide gl.ibi.tertij dicũt 7c.sz ista lec.vr velle
q̃ stipulatio cõmittat:7 sic ẽ ꝓtra casũ ꝟ.rñdeo
stipulatio.7 illi q volũt hãc tenere dicunt q̃ ille
ver.corrigit p istũ vltimũ:7 vide glo.circa p̃nc.
hui°.l.q̃ icipit.i.eũ expulit 7c.ibi caue 7c.sz ista
nõ ẽ ꝟa:qa ñ ẽ ꝟisimile velle se incõtinẽti corri
gere.7 ꝟm oẽs istas tres lec.exponit hic q nõ fe
cit.i.ñ adoptauit. Est alia lec. Azo.7 illã tene.7
ꝟm illam expone q̃ hic ñ fecit.i.ñ exhrdauit vel
emãcipauit 7c.expone vt ĩ gl. ¶ Quita lec.ẽ q̃
loq̃t ĩ ꝟe adoptato 7 expone vt ĩ gl.i.ñ emanci
pauit sz de domo expulit 7 pena ẽ cõmissa:sz ꝟm
hãc ñ eẽt rñsũ p̃me.q.7 qa est ꝓtra mẽtẽ lre nre.
tene ergo lec. Azo.ꝟm quã no.q̃ emãcipatio et
exhrdatio ẽ res inepta ĩ exneo. Scõo no.q̃ q ñ
põt facere de iure dz facere de fcõ ad euitãdum
pene cõmissionẽ. ¶ Op.q̃ exhrdatio possit fie
ri de exneo:vt.l.iij.§.si emãcipatus.de bo.pos.
ꝓtra tab.So.hic loquit ĩ exneo,prsus cui nullo
iure ẽ debita hrditas.ibi ĩ filio emãcipato q nõ
est oino exne°: vt no.C.de ipo.lucra.descri.l.i.
.§.ceteris.li.x.Rõ qa exhrdare significat.i.he
reditate puare.sz ille cui nullo iure debet ñ põt
puari:vt.l.x.s̃.e.sz filio emancipato debet de iu
re ptorio vel hodie de iure ciuili.facit.s̃.ꝰ inof.
te.l.cũ,pponas.eadẽ rõne pnt exhrdari paren
tes a filijs:vt.l.i.7.l.pr filium.s̃.de inof.te.7 ibi
no.7.C.ad tertul.auc.ĩ testõ.7 idẽ ĩ fre: vt.l.fra
tres.C.de inof.te. ¶ Op.q̃ ẽt,prsus exneum lz
exhrdare:vt.s̃.de here.isti.l.prfa.testõ. So.ibi
exne°erat istitut°:7 sic aliquo iure sibi debebat
vt ibi.7 no.ꝰ testa.mili.l.si certa.§.e.sec°si nul
lo mõ eẽt istitut°vt hic.adeo q̃ ẽt si postea ado
ptaret ñ ꝓfirmaret:vt.l.ñ putauit.§.si emãcipa
tũ.de ꝓtra ta.no.ĩ.l.filio.ĩ pn.de libe.7 posthu.
¶ Opp.filio°põt exhrdari sicut exne°:vt.l.iij.in
pn.de libe.7 posthu.ergo eadẽ rõne exneus:qa
ista paria sũt:vt no.s̃.de pac.l.si tibi.§.si pact°.
7 dixi.s̃.e.l.qõ dr.So.illud pcedit demũ patre
sciẽte: vt ibi no.ĩ.d.l.iij.7 iõ lz hec ꝟba dicãt de
eo vt exneo.tm̃ mẽs exhrdãtis ẽ exhrdar eũ pp
demerita q̃ ꝓtraxit vt filio°.sz ĩ.§.si pact°:hũit re
spectũ ad merita vt exne°. Ex p̃dictis collige di
stinctionẽ p teipm. ¶ Venio ad vltimũ dubiuz
7 op.qñ stipulatio ꝓcipit sub ꝓditõe impossibi
li nũq̃ cõmittit:vt.l.ĩpossibilis.7.l.si hõ mortu
us.s̃.e.hic dr ꝓtra:qa ĩpossibile ẽ q̃ exne°emã
cipet vel exhrdet 7 tm̃ tenet. By.ponit hec ꝟba
no.illud qõ dr q̃ ꝓditio ĩpossibilis vitiat.vez ẽ
cõditio ĩpossibilis de natura vel de iure cui ius
resistit rijcit qa turpis.sec°si ius ei ñ resistit sz ei
nõ assistit.7 tũc saltiz de fcõ dz ĩpleri ne pena cõ
mittat:7 istud est multũ no. ¶ Mo. ergo ad eui
tãdũ pene cõmissionẽ sufficit de fcõ fieri si de iu
re ñ põt.hoc iõ hic:qa ꝓtrahẽtes hoc senserũt:
nõ enĩ poterat de iure tractari vt filio°q ñ erat fi
lio°.de fcõ ergo itellexerũt.Sz pone q̃,ꝓmisi tibi
stichũ ex cã lucratiua sub pena:q stich° effect° ẽ
tu°ex cã lucratiua:liberor sine dubio nec teneor
dare tibi de facto:vt.s̃.ti.i.l.oẽs.7.s̃.e.l.iter sti
pulãtẽ.§.si rẽ. Itẽ q̃tũ ad actõez ꝓsequẽdã suf
ficit de fcõ fieri:lz de iure ñ possit:vt.l.mulier in
fi.de ꝓdi.isti.7.l.meui°.de ꝓdi.7 demõ. Utrum
aũt sufficiat de fcõ fieri tãgã ĩ.l.ꝓtinu°.§.cũ qs
.j.e. ¶ Vltio qa hec lex hz materiã singularẽ.7
ego hũi vnũ magistruz q me ꝓmas lras docuit:
qui vocabat fr Pe.de assisio.nũc ꝟo ĩ ciuitate
venetiar vocat fr Petrus pietatis sic dict°:qa
locũ ibi erexit qui domus pietatis vocatur vbi
infantes expositi nutriẽdi recipiunt vir est exp
tus nulli° hypocrisis mire sanctitatis apud me
7 oẽs q eũ bene noscũt:cui gratias ago.exẽplo
Aquilij reguli.s̃.ꝰ dona.l.aquili°.qui dũ me re
xit custodiuit a lapsu 7 dei grã 7 sui doctrina me
talẽ reddidit q̃ in.xiij.ãno etatis mee in ciuita
te Perusij sub dño Ly.de pistorio iura ciuilia
audire incepi.7 eius pseuerãte grã taliter conti
nue studẽdo,pfeci q̃ in.xx.anno bononie repe
tẽdo 7 disputãdo publice de iure rñdi.7 demũ
in.xxj.ãno doctorat°fui:7 ex multo amore quez
ad illius frris Petri bonitatẽ gero:cũ calamus
hoc scribit cordis oculus lachrymatur. ipseqz
vir venerabilis Petrus dixit mihi:q̃ plures ex
illis pueris expositis alijs tradidisset hoc pacto
q̃ eos nõ aliter q̃ vt filios obsuarẽt. ¶ Igit pro
hmõi legis declaratiõe q̃ro circa ꝓmũ casuz.qd
si eũ de domo expulit. Ja. de are.rñdet q̃ pena
cõmittit:vt dixi sup tex.qõ puto vez nisi hoc fe
cerit ex iusta cã:vt.l.iij.7.iiij.C.de pa.po.7 hic.
Quid si eũ ñ iduit sicut alios filios.puto suffice
re si facit id ad q̃ tenetur arbitrio iudicis:vt.l.si
qs a liberis.§.si vel parẽs.hoc ẽ q̃ faciat id ad
q̃ filio°posset eũ cogere. ¶ Quid si ñ tradidit eũ
in disciplinã.puto stipulatõez cõmitti si faculta
tes ei°patiunt 7 ꝓditio pueri psõe ñ repugnet:
vt.s̃.vbi pu.edu.de.l.q filiũ.hoc enĩz puto filiũ
posse petet a pre p.d.l. ¶ Quid si eũ exhrdat°
sine cã.puto hodie stipulatõez cõmitti:qa eum
aliter tractat q̃ filiũ:vt.C.de li.prete.auc.nõ lz.
¶ Quid si iserit cãm ĩ exhrdatiõe 7 hrdes non
pbãt cãm:pena ñ cõmittit:qa ipse eũ tractauit
vt filiũ saltẽ de fcõ:vt hic.pbare aũt vel nõ.ñ in

a ¶ Quid si exheredat ADDE pau. de ca. hic qui diẽ q̃ si auderet diceret determinatiõz iurisc̃õsulti fi fuisse equã nec bonã sz q̃ debuerit facere differentiã an iuste exheredet 7 ñ incidat i penã si ue promisit expsse nõ exheredare siue duntaxat vt filiũ tractare An in iuste 7 tunc non tractat vt filiũ 7 incidit i penã ẽt si dũtaxat pmisit tractare vt filiũ sicut cũ pmisit ñ exheredare: hic vide p euz.

a ¶ Quid si l testat° ADDE. Sz qd si fcē testm ⁊ pteriit an statiz cōmit tat pēa pau. de ca. dicit putare ꝙ si sz ita demuz si cū illo testamēto decedat ⁊ sic cōmittit cōtra heredes Item refert pau. de ca. ang. notare hic ꝙ pater nō pōt filiū expellere de domo ⁊ ei p stare alimēta ex domū ⁊ restituere dotē uxoris qz forte hz nouercaz q̄ stat cū illo i continua rixa. imo dicē ꝙ posset implorare officiuz iudicis ut pater ipz retineret ꝙ limitat Raph. nisi iudici pro bono pacis videatur contrariuz ꝙ pau. placet argumēto. l. eqssimū. s. d vsu fr. sic ⁊ ecōtra dicit ipe pau. vidisse senis ꝙ filiꝰ ñ pōt cogere patrē prestare sibi alimēta ex domū nec restituere dotez si offerat alimēta in domuz ⁊ velle sustiere onera matrimonii nisi tpm filiū emanci passet: quia tunc posset patrē cōpellere ad restituēdū dotē vxoris sm Ly. ⁊ Bal. in. l. ii. C. faber. Subdit sm Bal. et Ang. in. l. si cū dotez in prin. so. ma. idez eē si nō emācipasset sz spōte sua recessisset. Cui adde Bultimo dcō pe. de anch. consilio. cc. xxviiii.

b ¶ Ad. q. ADDE pau. de ca. transit cum dcisiōe bar.

cūbebat ei. ¶ Quid si eū ex modico hrdē instituit. Rñdeo idē: qa eū tractauit vt filiū: vt. l. oino. C. de inof. te. ñ tñ hēbit ius agēdi ad supplemētū sicut hic nō hz q̄rela: sz si oino pterit pēa cōmittit: vt hic pz. ¶ Quid si itestatus ocedit. Rñdeo pēa ñ cōmittit. ñ enī aliter ⁊c. Sz an heredes teneant sibi ad aliqd. Rñdeo si ī pmissione nulla ē fcā mētio hrdis: hrdes nō tenent: qa vti patrio iure coberet psone. sz si fcā eēt mētio: tenerent hrs tractare vt filiū testatoris seu frēm. alias pēa cōmitterent. Cōsulo ergo ꝙ faciat promitti exp̄sse alicui publice psone recipiēti, p dcō infāte ꝙ ei alimēta pstabit ipse ⁊ sui hrdes. ⁊ ꝙ eū doceri faciet arte aliq̄ put puer aptus apparebit. si enī ita sub nube stipulatio ꝛcipiat dubitatiōez recipit vt vidistis sup̄. ¶ Ultio hec lex facit ad qōnē[b] quā hūi ō fcō. ciuitas pmisit cuidā feneratori eū tractare vt ciuē: ōmū fecerūt statutū ꝙ illi feneratori nō liceret petere debitū vsqz ad tres ānos. q̄rebat an eēt fcm ꝛtra pacta. dixi per istā. l. ꝙ nō: qa eū tractauit vt ciuē qa ēt contra ciues suos ꝛsueuit ꝛcedi exceptio dilatoria: vt. l. quotiēs. C. de pci. ipe offe. ¶ Sed qd si dixit eum tractare vt alios ciues: certe tūc faciēdo ꝛtra eum legē spālem faceret ꝛtra pactū. ita hic si pmisisset eū tractare vt alios filios: vñ sis cautus quando talia pacta fiunt.

Filiusfamilias. Si stipulatio sub ꝛditione ptātiua ꝛcipit q̄tū ad acqsitionē tps existentis cōditionis inspicit. h. d. ¶ Op. de. l. si filius. s̄. e. So. glo. vt ibi. ⁊ tu dic vt ibi plene dixi.

Ex. l. sequenti.

¶ An stipulatio semel cōmissa āpli° cōmittat: ibi. Reassume. Et an qñ in pmissione ñ fuit fcā mētio de hrde trāseat ad hrdez: ibi. Restat. An aūt stipulatio fcā affirmatiue ꝛcepta trāseat ad heredes: ibi. Quero qd. Et an stipulatio facti trāseat ad heredes seu ꝛtra hrdes: ibi. Quero.

a **Ji sic stipulatus.** Breuiter dicit. Stiplo semel ad itereē cōmissa si factū ē reiterabile: itez cōmittet quotiens ꝛtra fiet nisi aliter actū fit. b. d. Expedio gl. mag. q̄ ē circa fi. Et op. ꝙ stipulatio ñ cōmittat sepi°: vt. l. vēditor ex hrditate. s̄. de here. vē. So. stipulatio ñ cōmittit ad idē sz ad diuersa. ¶ Op. de. l. si duo ī fi. s̄. de arbi. Breuiter dicit gl. hic ibi in stipulatōe penali q̄ ñ cōmittit nisi semel tm: nisi fit dcm ꝙ totiēs ⁊c. hic ī itereē. gl. ī. l. ꝛtraria loquit magis itellectualiter. ibi loqt qñ ē pura pena. q̄si diceret loco cōtēpt° apposita. hic loquit qñ ē itereē. idē si eēt pēa apposita loco itereē in casib° ī qb° p cōmissionē pēalis stipulatōis pma nō nouaret. tūc enī totiēs cōmitteret quotiens ꝛtrafieret ī eo ꝙ itereē excederet penam: vt. l. si qs a socio. s̄. p so. ⁊ l. pdia. de act. ēp. ¶ Op. s̄. e. l. si ita qs stipulat°. So. hic loqt qñ cōmittit ad aliō qō pncipaliter ī obligatiōe ñ deuenit. ibi ad id qō pncipaliter ī obligatōe deuenit. ⁊ ideo ibi semel cōmittit. ¶ Reassume ergo ꝟba By. s̄. e. l. si ita qs. aliqb° additis. Si q̄ris vtrū stipulatio semel cōmissa āpli° cōmittat aut est cōmissa ad id qō pncipaliter ī stipulatōe deuenit ⁊ āpli° nō cōmittit: vt. l. si ita qs. s̄. e. ⁊ l. vēditor. ī pn. s̄. de here. vē. aut cōmittit ad aliud vt ad interesse: ⁊ tūc aut fcm ē reiterabile. ⁊ totiēs cōmittit quotiēs ꝛtra fcm ē vt hic. aut ñ ē reiterabile. ⁊ tūc aut fuit cōmissa ad totale itereē ⁊ nūq̄ am pli° cōmittit: vt. l. cū q̄rebat. j. iudi. sol. ⁊ l. qō dr de euic. aut ad pticulare itereē fuit cōmissa ⁊ iterū pōt cōmitti: vt. l. si pcurator. J. rez ra. ha. Aut loq̄ris ī pēa. ⁊ tūc aut ē mera: ⁊ tūc ñ cōmittit ni si fuerit dcm totiēs ⁊c. vt. l. si duo. ī fi. s̄. de arbi. Aut ī pēa q̄ apponit loco itereē: ⁊ tūc pēa ē nouata ⁊ āpli° ñ pōt ꝛmitti qa sublata ē pma: vt. l. obligationū fere ī fi. s̄. ti. i. Aut nō est nouata: ⁊ tūc sepi° pōt cōmitti: vt. l. si qs a socio. s̄. p so. ⁊ l. pdia. de ac. ēp. hētis expeditā gl. mag. ¶ Restat aliud dubiū. dr hic pmisisti p te hrdēq̄z tuū qd si ñ fuerit fcā adiectio hrdis. gl. parua dicit idē. idē dicit gl. ī. l. si stipuler. s̄. e. Pe. de bel. pti. ⁊ Ly. eū sequēdo ī. l. veteris. C. e. tenēt ꝛtra. ⁊ dicūt ꝙ stipulatio negatiue ꝛcepta ē psonalis nisi fit expssū de hrde: vt. l. q ī futurū. s̄. de pac. ⁊ iō dicūt ꝙ ista gl. ñ dicit vez: sz ipsi ponūt tria mēbra ī qb° ista gl. posset sustieri. ⁊ debetis scire ꝙ q̄dā stipulatio ꝛcipit negatiue idē ī pacto. ⁊ tūc aut pcedit cōtract° de cui° natura hrs tenet ⁊ trāsit ad hrdes: vt. l. iter stipulātē. in pn. s̄. e. ⁊ l. ēptorē. ī fi. de ac. ēp. Aut ñ pcessit. ⁊ tūc aut ē talis stipulatio q̄ ñ afferret cōmodū nisi trāsiret ad hrdē ⁊ trāsit. vt. s̄. e. l. si ita stipuler. ibi enī si stipulator decedit añ collectā videmiā nullum hēret ꝛmodū nisi trāsiret ad hrdē. Aut afferret ꝛmodū ēt si ad hrdē ñ trāsiret. ⁊ nō trāsit nisi sit expssa mētio de hrde vt hic: ⁊. s̄. e. l. ij. §. itē si in fcō. pbat. s̄. de pac. l. iurisgētiuz. §. pactoz. ⁊ l. q ī futuz. pmū ⁊ scōm mēbrū ē vez: vt. l. si necessarias. §. si de vēdēdo. s̄. de pig. ac. Tertiū ñ vr vez: vt. d. §. pactoz. ij. rñso. ⁊ de li. le. l. nō solū. §. si liberatōis ꝟba. Jdeo Gul. de cu. ⁊ Ja. bu. ī tertio mēbro vident sic distiguere. Aut psona adijcit ꝟbo obligatiuo seu pmissionis vt ego pmitto ñ petere. vel ex pte rei pmitto tibi ñ petere. ⁊ tūc vr pcm seu stipulatio in rē. ⁊ psona adiecta seu ad oñdēdū eū cū quo ꝛtrahat ⁊ trāsit ad hrdez: vt. d. §. pactoz. ij. rñso. Aut psona adijcit ꝟbo executiuo: vt pmitto ñ petere a te: vel ꝙ ñ petet a me ⁊ tūc pcm ē psonale: vt. d. §. pactoz. ⁊ l. q ī futurū. Jsta ꝟba sūt ꝛtra casum. s̄. l. stipulatio ista ī pn. ꝟ. sz si se. ⁊ l. ī illa stipulatōe p te ñ fieri ⁊c. iō ī pmis duob° mēbris sto cū Pe. Jn tertio dic aut psona adijcit solum ꝟbo obligatiuo seu pmissiuo: ⁊ ē ī rē vt dcm ē. Aut ꝟbo executiuo. ⁊ tūc aut adijcit psona tertij vt pmittis ñ petere a lucio ticio: vel ñ ipedire luciuz ticiū forte filiū vel suū: ⁊ ē psonale ⁊ ad alios ñ porrigit nisi fit actuz: vt. l. ⁊ hrdi. §. nos aūt. de pac. ⁊. d. §. pactoz. ⁊. s̄. e. l. stipulatio ista. §. hi q ꝟ. cū ꝟo. Aut adijcit psona ipsi° stipulantis seu paciscētis. ⁊ tūc si est talis q ñ pōt hre hrdez vt su° ⁊ fili° sm ista tpa tūc psonale ē: vt. l. acqrent. §. i. ꝟiūcta. l. ⁊ hrdi. ī pn. s̄. de pac. Aut pōt hre hrdē ⁊ tūc ī dubio itelligit psona hrdis: vt. d. § pactoz. ⁊. d. l. stipulatio ista. ī pn. nec potes dicere ꝙ illud sit ibi ex natura pcedētis ꝛtract° vt ibi pz ex solutōe ꝛtrariox: vt. d. l. ī illa. l. nō solū. §. si liberatiōis ꝟba. de lib. le. Fallit si eēt apposita aliq̄ dictio taxatiua: vt pmitto ñ petere a te solo vel a te tm: vt. d. l. nō solū. §. tale. de libe. le. ita itelligo de pac. l. q ī futuruz: qa subaudit tm ibi sm Frā. Accur. ⁊ Ja. ō bel. Itē fallit si ex aliis ꝛiecturis hoc appet: vt. d. §. pactoz. ¶ Quero qd de stipulatione factoz affirmatiue concepta: an transeat ad heredes stipulatoris. Pe. ⁊ Ly. dicunt indistincte ꝙ sic per. l. si pactum. de proba. Tu dic aut precedit cōtractus de cuius natura est vt ad heredes non trāseat ⁊ nō trāsit nisi sit dictū: vt. s̄. e. l. stipulatio ista. §. si qs ita. Aut nō pcessit. ⁊ tūc aut qs stipulat factū ꝙ coheret psone stipulātis vt ope obsequales que ad

heredes vt ad heredes nõ trãseũt: nec ad alluz nisi sit cõmissa stipulatio ad itereſſe: tũc trãsiret sicut quelibet stipulatio pecunie credite: vt.l.a duob°.de ope.li. ⁊.l.fabriles in fi.⁊.l.ope in rerũ. Aut factũ nõ ꝓcernit ꝑsonaz stipulãtis ⁊ ad heredes trãsit: vt.d.l.si pactum.⁊.s̃.e.l. qui rome.§.flauius.⁊.s̃.e.l.stipulatio ista.§.sicut enĩ. ¶ Quero an stipulatio facti affirmatiua trãseat ad heredes seu cõtra hr̃des ꝓmissoris. In hoc Pe.⁊ Ly.in.d.l.veteris. dicũt satis bene. Aut factũ coheret ꝑsone ⁊ nõ trãsit ad hr̃des: vt.s̃. .e.l.cẽtesimis.§.i.⁊ ar.C.de cadu.tollẽ.§.nunc aũt. Aut nõ coheret ꝑsone: vt si stipulor domũ fieri vel libruz scribi habeť magis respectus ad ipsum corpus qõ resultat ex facto q̃ ad ipsuz factũ: ⁊ ideo dr̃ nõ cohereť ꝑsone. tũc aut stipulatio est cõcepta in tp̃s mortis vel post ⁊ trãsit ad heredẽ: vt.l.fi.C.eo. Aut nõ est collata in tẽpus mortis. ⁊ tũc aut factũ nõ respicit industriã ꝑsone ⁊ transit ad heredẽ: vt.C.e.l.veteris. Aut respicit ĩdustriã ꝑsone ⁊ nõ trãsit: vt.l.inter artifices. ⁊ qõ ibi no.j.de so.tũc enĩz videť coherere persone nisi esset obligatio contracta ad interesse: vt.d.l.a duob°.aut dubitabatur ⁊ in dubio dic: vt.d.l.inter artifices.

Ex.l.sequenti.

¶ Si exne° ꝓmittit sub pena mihi se facturuz ⁊ curaturum q̃ talis puella ꝓtrahet mecũ mr̃imoniũ an valeat: ibi. Quero. Et an pign° possit dari pro mr̃imonio ꝓtrahẽdo: ibi. Quero an. Et q̃ sit dr̃ia q̃ vz datio arraꝝ pro mr̃imonio nõ pro missio pene: ibi. Quero que. Et q̃ sint pene legales in mr̃imonio: ibi. Et ideo. Et qd si dicat ꝓmitto me curaturũ ⁊ si nõ fecero ꝓmitto cẽtũ noie arraꝝ: ibi. Quero qd. Et qd si ꝓfiteor habuisse cẽtũ noie arraꝝ: ibi. Quid. Et qd si in ꝗitate ꝓ arris tu numerasti ⁊ tu mihi eãdẽ q̃ntitatẽ reddidisti: ibi. Quid si. Et qd si do fundũ pro arris ⁊ ꝓstituo me tuo noie possidere: ibi. Quid si do. Et an in p̃dictis casib° possit iuramẽto firmari ⁊ quid de matrimonio spũali: vide in fi.

t **Ficia que.** Stipulatio penalis iterposita iter spõsos ⁊ eius parẽtes sup spõsalib° est ipso iure nulla. h.d. ¶ Op.C.de spon.l.fi. So. aliud ĩ arris. aliud in pena: vt ibi dicť in tex. rationẽ.j.dicã. ¶ Op. stipulatio ꝓtra bonos mores est ipso iure nulla: vt.s̃.eo.l.generaliter. sed hic dicť q̃ obstat exceptio doli. So. ꝑm Ja.de are. dic exceptio doli.i.facti vel itrẽtõis. ¶ Op. de.l.ticio.§.i.de ꝓdi.⁊ demõ. So. aliud est quẽ inuitari ad nuptias spe p̃mij: vt ibi. aliud metu pene: vt hic. ¶ Op.de.l.ea q̃.s̃.de dona. inter vi.⁊ vxo. So. ibi erat magis amissio lucri q̃ dãnũ pati: vt ibi no. ¶ Op. q̃ nec in spe lucri liceat: vt.s̃.e.ti.l.si ita stipulatus fuero te sisti.§.fi. So. nõ lz spe lucri ꝓcipiẽdi ab altero ex cõiugibus: ſz ab alio sic: ideo ex p̃dictis distingue per teipsum. ¶ Quero qd si exne° ꝓmittit mihi sub pena se facturũ ⁊ curaturũ qõ ticia ꝓsentiet ĩ me an valet. Glo. dicit q̃ sic. glo. alle. nec bene probat: melius ꝓbať ꝑ.l.mulieri ⁊ ticio.de condi.⁊ demõ. ꝓiũctis.ll.alle.in glo. Tñ doc. moderni in hoc dicũt soleniter. aut ille exneus est cõiunctus vel multũ amicus spõsi: ita q̃ verisimiliter metu pene puer vel puella ꝓsentiũt cõtrahẽti ⁊ nõ valet eadẽ rõne qua in pr̃e vel in mr̃e vt hic: ⁊.l.heres meus in fi.s̃.de cõdi. ⁊ demõ. aut est penitus exneus ⁊ ꝓcedit hec glo. ¶ Quero an possit dari pignus. dic ut in glo. q̃ bene dicit qꝛ qd dicat Ly.in.l.i.C.si rec.puin. Et p̃dicta sũt ꝗa qñ pignus dať pro pena seu pro arra. sed si pignus dať pro ipso mr̃imonio: tũc est locus arre: ut.l.i.C.si rec.puin.⁊ ꝑ Inno.in.c.gẽma.ex̃ de spõ. qõ est uerũ si pignora tradanť realiter ⁊ cõsistãt in q̃ntitate: ut.j.tãgã. ¶ Quero quid si mea pecuniariter iterest. glo. dicit forte ualet ut itereſſe: ut.s̃.de spõ.l.ij.idez ibi no. cõtra no.s̃. .e.l.si ita stipuler. By. distinguit. aut uolo petere itereſſe qõ cõsistit in dãno ⁊ possum: qa non est pena: vt.l.si is cui in fi. de fur.⁊.l.pculus.de dã.infec. Aut intereſſe qõ ꝓsistit in lucro ⁊ tunc secus. ⁊ ita intelligiť glo.s̃.e.si ita stipuler. Pe. ⁊ Ja.de ra.tenẽt indistincte q̃ nõ põt agi qa ꝗz hoc põt agi ad penã q̃tenus interest q̃ lex indistincte vetat. ⁊ Ly.tãgit.C.de spõ.l.ij. Ego idẽ teneo ꝑ hũc tex.q dicit q̃ iõ nõ vz: qa ẽ ꝓtra bonos mores. ergo nulla ⁊ ex ea nullo mõ põt agi: vt.s̃.e.l.generaliter. ſz si ille cõmisisset dolum ⁊ sic feci expẽsas: fateor q̃ tenereť mihi actiõe de dolo ad itereſſe. ¶ Quero q̃ est dr̃ia iter penã ⁊ arras. Ber.ex̃ de spõ.c.gẽma videtur dicere q̃ nulla est diuersitas. ideo idẽ ius ꝑm canones: lz secus ꝑm leges. sed Inno. hãc dr̃iam ibidẽ admittit q̃ est ergo rõ. post multa doc. dicũt q̃ de facili qs ꝓmittit penã magnã q̃ ꝓsistit in ꝗbo solo: ſz nõ de facili dat magnas arras. ⁊ ideo non sic de facili impedir̃ libertas mr̃imonij. ⁊ hac ratione attẽta dicũt ipsi q̃ si pena respectu personaꝝ est parua: ita q̃ ꝗsimiliter nõ ĩpediret ꝑ hoc libertas mr̃imonij q̃ pena cõmittať. ⁊ si arre sũt magne: ita q̃ ꝗsimiliter impediret libertas mr̃imonij nõ vz. ⁊ leges q̃ fecerũt dr̃iam iter arras ⁊ penã ꝓsiderauerũt frequentiã: sicut no. in simili.s̃.e.l.si ꝗuũ circa p̃n.in ver.si ꝗo alien° ita tenet Ja.de ra.⁊ Pe.⁊ Ly.in.d.l.fi. Et audio q̃ Jo.an.idẽ scribit in.d.c.gẽma. Ego aũt ab opi.glo.nr̃aꝝ ⁊ Inno.nõ recedo. ſ.q̃ est dif ferentia iter penã ⁊ arras. ⁊ dico q̃ oĩs pena cõuentionalis q̃tũcũqz modica nõ dz. p̃mo ꝑ.d.l. fi.in fi.q̃ p̃cise loquiť nec ꝑ aliquã aliã distinguitur. Itẽ ꝑ.l.neqz.C.de nup.cũ glo.q̃ dicit q̃ ẽt si decẽ ꝓmittanť nõ vz. ⁊ illa est modica q̃ntitas. Itẽ ꝑ.l.ea q̃ de dona. iter vi.⁊ vxo. vbi dicit tex. de.xx.q̃ est modica q̃ntitas. ⁊ tñ nõ valeret nisi a donatore ꝓcederet. Itẽ per tex.s̃.e.l.stipulatio ista. vbi ꝓtẽti eẽ õbem° penis legalib°. ⁊ si ꝑ vnũ denariũ eẽt dictũ vltra ñ vz. Itẽ ꝑ hãc.l.nõ ob. q̃ in.d.l.fi.ꝓmittit paciſci vſqz ad q̃druplũ: qa lex est pena legalis ex eo q̃ de mente legis interponiť: vt dixi in simili.s̃.e.l.ĩ cõuẽtiõalib°. ¶ Et ideo pro huius declaratiõe videamus que sunt iste pene legales. Rñdeo qñqz mr̃imonium est ꝓfectũ: ⁊ tũc pene legales sũt expresse. ſ.amissio dotis ⁊ donationis ꝓpter nuptias: vt.l.ꝓsensu. de repu.⁊.l.iubemus.eo.ti. Qñqz sunt ꝓtracta sola spõsalia ꝗbo: ⁊ tunc nulla est pena legalis: vt.l.i.C.de spõ.eadẽ rõne nec aliq̃ cõuẽtionalis vt hic cum si. Qñqz fuerũt ꝓtracta spõsalia non simplici ꝗbo: sed ꝓcessum fuit vltra ad realẽ traditionẽ arraꝝ: ⁊ tũc hz locũ pena legalis ꝑm formã legis fi.C.de spõ. verũ qa nõ est ꝗsimile q̃ lex voluerit ĩponere maiorẽ penã dirimenti spõsalia q̃ diriměti mr̃imoniũ: ſz pariter debẽt ãbulare: vt hac.l.⁊.d.l.neqz.de nup.iõ dico q̃ pẽa arraꝝ vel dupli vel q̃drupli circa arras non põt excedere[a] q̃ntitatẽ dotis vel dõatõis ꝑ nuptias vel vbi non esset dos q̃ntitatẽ positã in.d.l.iubemus. ⁊ hoc dico ꝑ.l.stipulatio ista.s̃.eo. ⁊ ita dz limitari.d.l.fi. ¶ Quero qd si dixit promitto me curaturũ ⁊c. si non fecero ꝓmitto centũ noie arraꝝ. Rñdeo nõ valet sicut nec pena: qa in arris

a ¶ Non potest excedere ADDE q̃ ang. ꝫ vt refert ⁊ sequiť pau. de ca. quia illa lex ſi. non taxat aliquaz q̃ztitatẽ vñ põt trãscendere dotem.

a ¶ Stari cõ fessioni ADDE q̃ Angel. contra quem ét refert pau. de ca. qz illa lex logk de arris ve receptis ⁊ ét dicẽ q̃ ex diffinitõem illi°. l. non oz pati aliã penã ⁊ i casu isto pateret duplicẽ penã ⁊ illa vult q̃ si patiatur nisi vnam et ita trãsit pa. tu dic q̃ opiquam bar. hũit ⁊ sede. cõsi. cxciiij. ⁊ ꝓsi. cixviiij vbi dicit q̃ nec directe poterit mulier vel vir plorare auriliuz iudicio ecclesiastici sup dicta cõfessione alle gãdo illã fictã. Sz forte indirecte dicẽdo q̃ talis eã vel eũ Infamat de matrimõio ⁊ q̃ petit se declarari se esse liberuz vel liberam ⁊ q̃ occasione arrarum ipsam vel ipsuz amplius nõ molestet cuz re uera nihil hũerit ⁊ idẽ q̃ bar. tenet bal. in .l.ij. qñ lice. ab ẽp. visce.

b ¶ Data nõ videt ADDE q̃ bal. in. d. l. ij. vt refert pau. de castro dicit q̃ bar. somniauit ⁊ q̃ valet ꝓsessio. pau. de ca. dicẽ se habuisse de facto ⁊ tenuisse opi. bar. q̃ verior est ét in mente cuiuslibet discreti hominis i religo transit cum bar.

c ¶ Promisit ADDE q̃ dicẽ ang. multas pecunias fuisse lucratum de isto casu qz vt plurimũ fit scriptura priuata in qua est q̃ talis ꝓmisit

requirit traditio corporalis: vt. d. l. fi. ⁊ quicqd ex diffinitionez illius legis ⁊c. vt ibi pz in fi. nec ob. quod no. s. e. ti. l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. fi. ⁊ ibi dixi. Itez qd si altera pars confessa fuit se recepisse noie arraꝝ nec aliter de numeratione ꝓstat. Rñdeo stari ꝓfessiom ꝓtra eã: vt. l. publia. deposi. nisi ex aliquo apparet hoc fraudulẽter factuz. ¶ Quid si ego ꝓfiteor me hũisse centũ noie arraꝝ a ticia ⁊ ipsa tantũdez a me vt vidi fieri de facto. Rñdeo nõ valet: quia apparet q̃ ego ꝓfessus fui bre a te: quia tu fuisti ꝓfessus bre a me nõ autẽ iteruenit numeratio vera. Itẽ pp aliã rõnẽ: vt statim dicaz. ¶ Quid si in ꝓsitate ego numeraui tibi pecuniã noie arraꝝ: ⁊ tu mihi eãdẽ vel aliã eiusdem q̃titatis. Rñdeo fraus est ⁊ data nõ videt b: vt. l. qui sic. j. de solu. ꝑterea. l. vlti. loquit qñ datio arrarũ fuit ab vna ꝑte tm̃: ⁊ quicqd ex casus ibi positos ⁊c. vt. d. l. fi. in fi. ¶ Quid si do tibi fundũ meũ pro arris: ⁊ ꝓstituo me tuo noie possidere. Rñdeo nõ valet: qa requirit q̃ corporaliter tradat quod pz: quia ibi dicit accipit ⁊c. vt no. insti. de re. diui. §. item lapilli. facit. C. de suffra. l. vna. Plus dico q̃ si fũdus vel spes pro arra tradit nõ hz locuz. d. l. fi. quiã ibi loquit in re que põt duplicari ⁊ etiã q̃druplari: sz spes nõ est hmõi: vt. l. luci°. §. impuberem. de leg. ij. ⁊. l. plane. §. i. ⁊. ij. de leg. i. ergo ⁊c. quia ex diffinitionẽ illius. l. vt ibi i fi. ¶ Quero an in p̃dictis casibus vbi de iure non valet põt firmari iuramento. Rñ. nõ: quia ꝓtra bonos mares vt hic dic: ergo ⁊c. vt. c. nõ ẽ obligatoriũ. de reg. iur. li. vj. ¶ Quid in mrimonio spũali ꝓmisi me curaturũ q̃ talis ĩgrederet monasteriũ vel q̃ talis abbas reciperet talẽ sub pena vel tradite sunt arre. Rñ. indistincte q̃ non valet: quia siue metu pene siue spe p̃mij siue arre quocũqz modo pecunia interueniat simonia est: vt extra de simo. c. ne satis. ⁊. s. de here. insti. i. ille autem. ⁊ quod ibi no. facit quod dixi in. l. ticio. §. i. de condi. ⁊ demon.

Ex. §. sequenti.

¶ An dicta in prefationibus itelligantur repetita in sequentibus.

Idem respõdit. Que in prefationibus dicuntur in stipulationib° repetita intelliguntur. ¶ Op. C. de vsur. l. per rentionẽ. Sol. dicit glo. ibi ex interuallo. hic incõtinẽti ⁊ vez dicit vt statim dicã. hic enizloquit de his que dicunt in p̃fationtb° hoc est in his que ꝑtes ꝓueniũt antẽq̃ fiat ꝓtractus seu stipulatio sup eadẽ: vt. s. de pac. l. itẽ quia. §. fi. ibi ꝯo loquunt de his q̃ dicũtur in anteriori ꝑte ꝓtractus. an intelligant repetita in posteriori ꝑte instri seu ꝓtractus circa alia de quo dixi in. §. grisogonus. ¶ Op. de. l. si tibi libez. de ac. emp. ⁊ de ser. vr. p̃di. l. fi binaꝝ. ibi in traditione nõ intelligit repetita seruitus. Sol. ibi ex interuallo facta fuit traditio. alias secus vt hic: ⁊ sic eoipso q̃ aliud est factũ q̃ fuerit actũ in p̃fationibus presumit error: vt. d. ll. ⁊. l. sed ⁊ si me putẽ. §. i. Idẽ in vltimis volũtatib°: vt. l. quotiẽs in prin. ⁊. §. i. ⁊. ij. s. de here. insti. q ergo vult ꝓcludere q̃ videat actũ pz ꝓbare in p̃fationibus actũ esse. Itẽ ꝓtractũ infra modicuz tp̃s secutũ eẽ: vt hic pz. sed qui vult ꝓbare errorem sufficit solũ probare quod in p̃fationib° dictũ est ⁊ postea omissum. Item predicta ꝯa nisi repetitio vitiaret: vt hic. Itẽ nisi inter alias personas. ar. eius qõ no. in. l. in repetẽdis. de le. iij.

Idem respondit. Verbuz ꝓmisit c: redactũ in scriptis intelligit per stipulationẽ. h. d. ¶ Quero an i dubio videat actũ iter p̃sentes. C. e. l. i. dicit q̃ sic. Alii dicũt ꝓtrariũ per. l. ij. C. de statu. ⁊ ima. So. hic est de solẽnitate intrinseca ꝯbi ꝓmisit: vt dixi. s. e. l. sciendũ. qõ ibi cessat. Itẽ facit pro eis. C. e. l. optimã. ⁊ insti. de inutil. stip. §. item ꝯbozz. So. ibi ad maiorez cautelam scribitur inter parentes actum esse.

Ex. l. sequenti.

¶ De Dictione si ⁊ cum.

s **Si ita quis promisit** Verbum qua die petiero nõ denotat cõditionẽ sed magis admonitionem. h. d. Dixi tibi ⁊ feci te notare q̃ dictio si. facit principaliter ꝓditionẽ. dictio cũ. p̃ncipaliter tp̃s: vt. l. si titio. qñ dies le. ce. dixi in. l. cẽtesimis. s. eo. ⁊. l. si decẽ cũ petiero. ⁊ scitis q̃ dictio quis vel qui adiuncta ꝯbo futuri tp̃is facit ꝓditõez: vt. l. stichus q meus erit. s. de leg. i. ⁊. l. nup. de leg. iij. ¶ Sed q̃ro an faciat ꝓditionẽ p̃ncipaliter vt si. vel secũdario vt cũ. ⁊ dico q̃ est casus hic q̃ faciat ꝓditionez ut dictio cũ°. idẽ videt tenere glo. parua in. l. stichũ qui meus erit. ⁊ est casus in. l. i. de cõdi. ⁊ demõ. ⁊ ibi plene dicam. ¶ Itẽ no. q̃ hec dies qua petieris nõ intelligit repetita in stipulatione vsurarum. dixi in. §. grisogonus.

Seia cauit. Ex ꝑte actoris ad actionem ꝓseruandã admittit purgatio more ĩtra modicũ tp̃s si aduersarij nõ interest. h. d. notabiliter. casus est etiam bonus. ¶ Op. ⁊ videt q̃ alia debẽt requiri: vt more purgatio ⁊c. vt. l. si insulam. s. e. glo. dicit idẽ quod ibi. s. q̃ hic lis nõ est ꝓtestata. dicit ne bene gl. ⁊ nõ ad casum nostri. §. quia hic loquit in actore cui nõ solet ꝓtestatio litis nocere: vt. l. nõ dz. j. de re iudi. ⁊. l. aliã. j. de noua. si insulaz. loquitur in reo. ¶ Op. de. l. traiectitie. §. de illo. s. ti. i. ⁊. l. magnã. C. de ꝓtrahẽ. ⁊ cõmit. stip. dicit glo. in ꝓtrario nõ admittit quia est dies ⁊ pena. hic ꝯo nõ est penalis. sed ꝓtra istam glo. est quia etiã hic est dies ⁊ pena. cũ est dies in calendis est pena. s. sors cũ vsuris. ⁊ tũ admittit purgatio more. dico q̃ hic vsura non apponitur vt pena: sed vt sors apponitur. simile in. l. idemqz. §. ij. s. mã. vel aliter quando est dies ⁊ pena nõ admittit purgatio more ad euitandã cõmissionem pene vt in cõtrario. sed quantũ ad conserdam mihi actionẽ. ⁊ tũc admittit purgatio more vt hic. Opp. de. l. thais. §. inter. s. de fideicõ. li. tetigi in. l. qui rome. §. flauius. s. e. vbi ex parte actoris non admittit more purgatio. So. ad actionẽ acquirendã nõ admittit purgatio: vt. l. thais. §. inter. sed ad actionẽ cõseruandã sic vt hic. latius explico materiam in. l. si insulam. s. eodem titulo.

Ex. §. sequenti.

¶ An alienatione ꝓhibita in cõtractu ꝓhibeat alienatio dominij particularis titulo singulari: ibi. Uenio. Et an prohibitio legalis impediat dominij translationez: ibi. Quero vtrum. Et an prohibitio legis vel testatoris vel contrahentiũ de non alienando impediat institutionez heredis: ibi. Procedo. Et an si statutũ ꝓhibeat nõ alienare in non alibratum possit non alibratus heres instituí: ibi. Per hoc. Et si ecclesia cõcessit in emphiteosim cũ hoc ne alienaretur in potẽtiorẽ an ecclesia possit hr̃s instituí: ibi Pone.

Ea lege. ¶ Prohibitio alienationis in ꝓtractu ñ ipedit trãslationẽ dñij: lz ꝓtrafaciẽs ad interesse teneatur. h. d.

sit vt intelligat de presentia ⁊ per stipulationẽ tñ dicẽ pau. florentie vidisse dubitari ⁊ pp hoc factuz fuisse statutum q̃ stet scripture: ⁊ subdit pau. idẽ esse si istrumẽtũ diceret talis iuestiuit de feudo ⁊c quia p̃sumitur p̃sentia: qz inuestitura nõ fit nisi presenti secus si rescisset q̃ posset fieri iter absentes: quia tũc p̃sentia nõ presumitur nisi probet ꝯm Jo. an. in addi. ad spec. i ti. de empti. et venditio. §. sciẽdũ circa fi. ⁊ ideo dicit si cõtinetur in istrumento talis dõauit si nõ appareat de acceptatiõe donatarii q̃ p̃sumit absens ⁊ donatio nõ valet iuxta. l. illud. c. de sacrosanc. ec. ⁊ dicit mentiretur nẽdũ: qz lucraberis si recordaberis. Tu adde lz Joan. an. sibi attribuat q̃ fuit sententia oldra. eius cõsilio. cexvij. ⁊ sequitur Ro. consi. ccccc. viiij. ⁊ de ꝯbo ꝓmisit: vide q̃ posui. s. in. l. sciẽdũ.

d ¶ Ut dictio cũ dicit ADDE q̃ pau. de ca. q̃ hic nõ facit ꝓditiõez expressam nec tacitam nec p̃ncipaliter nec secũdario sz solũ amonitionez qñ iũgit cũ verbo petiero ⁊ sic dicit q̃ bar. nõ bñ intellexit.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Oppo.q̃ tale pactum sit nullum ipso iure:vt.l.nemo .s̃.de pac. Post multa ista est ꝗitas.pactũ est nullus: nisi iterfit paciscentis vel in datione rei mee apponat: vt.l.fi.C.de pac.iter emp.ꝛ vẽ.ꝛ ibi doc. dicũt:ꝛ.s̃.de pac.l.in traditionibus. ¶ Op.de.l.ex hoc edicto.§.fz heredẽ.s̃.de alie.iu.mu.cau.fac.glo.nõ soluit.sed Bi. dicit.dic vt ibi ꝛ bene:q̃ ibi ꝓhibet alienatio:fz ponit dolus qui instituendo heredẽ nõ presumit. ¶ Op.de .l.q̃dam.de acquirẽ.re.do. ¶ Sol.ibi alienatio ꝓhibet a lege simpliciter.vnde in facto heredis nõ videt ꝓhibita:hic de prohibitione hominis certarũ personarũ: ideo nõ põt instituí. ¶ Venio ad.q.ꝛ q̃ro quid venit in interesse dic estimatio rei:vt.l.ea lege.C.de cõdi.ob cau.cũ sua glo. ¶ Venio vltimo ad.q.magis ꝓpinq̃s. vna est vtrũ alienatione ꝓhibita in ꝓtractu ꝓhibeatur alienatio dñii particularis titulo singulari. Dic q̃ñq̃z ille qui tale pactũ apponit in re sibi aliquod ius ꝑuat: ꝛ tunc talis ꝓhibitio impedit translationẽ dñii:vt.l.fi. .C.de iure emphi.ꝛ.l.fi creditor.§.fi.s̃.de distra.pig. ꝑm vnã lec.ꝓut ibi est nullam esse venditionẽ que litte ra vera est:quia cũ semel mihi expediret propter.q.de facto misi vsq̃z ad pisas ad pandectã:ꝛ.l.vlti.C.de re. alie.nõ alie. Aut nõ ꝑuat sibi ius in re.ꝛ tũc aut aliena tio est irreuocabilis:ꝛ tũc dñii trãslatio impedit:vt.l. ea quidem.C.si mã.ita fue.alie. Aut est reuocabilis:ꝛ tũc dñii trãslatio nõ impedit:licet ꝓtrafaciens teneat ad interesse vt hic:ꝛ.l.ea lege.C.de ꝓdi.ob cau.ꝛ sunt vtilia. Vendo tibi rem ne alienes sub pena.c.ꝛ illã rez volo esse mihi obligataz iure pignoris:ꝛ tũc alienatio ipedit ꝑm.l.fi creditor in fi.s̃.de distrac.pig. ¶ Ulterius tu habes rem emptã pacto predicto:vis tibi edificare edẽ sacrã ista nõ est reuocabilis.ex p̃dictis appa ret q̃ impedit dñii translatio[a]. ¶ Quero vtrũ ꝓhibitio legalis impediat dñii translationẽ titulo singulari. Bi ces tu sic: vt.l.quedã.s̃.de acqui.re.do. ꝛ.l.i.s̃.de fun do do.no.plene in.l.ea lege.C.de ꝓdi.ob cau.ꝛ bene dicis. Sed illud moui ꝓpter vnũ statutũ quod est in ci uitate ista.videlz q̃ omnis donatio dz insinuari infra mensem:alias nõ valet.nõ fuit insinuata infra mẽsem: sed ab initio fuit res tradita an impedit trãslatio dñii. ꝛ tũc dic.q̃ñq̃z statutũ vel lex precipit aliquid fieri tpe ipsius ꝓtractus:ꝛ tũc si nõ obseruat ꝓtractus est nul lus ipso iure:vt.l.nõ dubiũ.C.de legi. Q̃ñq̃z lex dispo nit sup ꝓtractu iam facto tũc ipso iure nõ annullat:fz debet per sniam reuocari:vt ar.l.vniuersa.C.de preci. impe.offe.cũ sua glo.ideo ex illo ꝓtractu est translatuz dñium. Predicta vera nisi statutũ diceret expresse cõ tractus sit nullus ipso iure:tunc enim annullaret ipso iure ꝓtractus:tũ vt puto dñiuz ipso iure nõ trãsferet: ꝛ ideo locus est cõditioni sine causa vel ob causam:vt dicaz in.l.i.s̃.de dona.facit quod no.C.de fide instru. .l.ꝓtractus. ¶ Procedo vlterius ꝛ quero vtrũ probi bitio legis vel testatoris vel ꝓtrahentiũ de nõ alienan do impediat institutionẽ heredis seu impediat trãsla tionẽ in heredes:ꝛ in hoc dubito ꝓpter aliquas glo.fz dicã sic.q̃ñq̃z lex vtitur verbo alienationis ꝑmissiue:ꝛ tũc heredis institutio ꝓtinetur:vt.l.si quis prioris.§. certũ.C.de secũ.nup.q̃ñq̃z lex seu ꝓtrahentes vtuntur vocabulo alienationis ꝓhibitiue:ꝛ tũc aut ꝓhibet alie natio simpliciter:vtputa fundus dotalis:ꝛ tunc here dis institutio nõ cõprehendit.l.i.s̃.de fun.dota.l.que dam.s̃.de acquirẽ.re.do. Ratio est in promptu: quia nõ põt omni tpe viuere:ideo oportet q̃ habeat here dem. Q̃ñq̃z prohibet alienatio in certas personas sin gulares:ꝛ tũc nec per heredis institutionẽ ex testõ nec ab intestato põt venire q̃ non fiat ꝓtra prohibitionẽ: vt hic[b] ꝛ.l.codicillis.§.mater.s̃.de leg.ii. Sed in hoc est differentia:quia ꝓhibitio legis vel testatoris impe dit translationẽ dñii.prohibitio ꝓtrahentis nõ:nisi vt diri.s̃.in titulo singulari. Aut est ꝓhibita alienatio in certũ genus ꝑsonaꝝ vt nõ alienes extra familiã:ꝛ tũc aut est ꝓhibitus heres legitimus:ꝛ talis ꝓhibitio ad eum non extendit:vt.l.cũ pater.§.cũ inter de leg.ii.ꝛ no.in.l.peto.§.fratre.de leg.ii.ꝛ.l.pater.§.iul. agrip pa.s̃.de leg.iii. Aut est heres testamẽtarius:ꝛ tunc vi detur ꝓhibita alienatio:vt.d.§.cũ fratre.ꝑm Jaco.de are.quod tenet Bi.ꝛ bene. ¶ Per hoc formo tibi q̃ stionẽ valde notabilẽ.ciuitas ista habet vnũ statutũ q̃ nullus possit alienare rẽ alicui nõ allibrato.modo qui dam de ciuitate ista vult facere vnũ heredẽ nõ allibra tum an possit:ꝛ habemus glo.C.ne lice.metro.ba.l.i. li.xi.vbi tenet q̃ possit.nescio quid illa glo. velit dice re:quia si ꝓhibita est alienatio in certũ genus persona rum vt in forenses:ꝛ tunc debet distingui an sit legiti mus vel testamẽtarius ita dicerẽ hic:lz iura que allega ui loquant in vltima volũtate:tamẽ plus deberet pos se lex ꝓhibere q̃ testator. ¶ Bone.ecclesia cõcessit in emphiteosim ne liceret tibi alienare in ecclesiaz vel in potentiorẽ.an liceat instituere ecclesiam ꝛ transeat:ꝛ vide glo.ꝛ est tex.de suis ꝛ tene mẽti. videamus an di cat veruz. Et quidã dicũt indistincte q̃ nõ bene dicit: quia nõ reperit q̃ ecclesia habeatur loco filii:sed opi. Richar.malũ.quã recitat Li.in auc.nisi rogati.C.ad trebel.quã puto verã:ꝛ ꝑm hoc indistincte nõ trãsferr dñium:tũ quidã nõ reprehẽdũt indistincte:ꝛ dicũt q̃ tunc habet loco filii quãdo ingredit monasterium:se cus si nõ ingredit:quia tũc nõ habet loco heredis le gitimi sed testamentarii:ꝛ istã tenet hic Bi. sed cũ hic non fuerit facta ꝓhibitio in certũ genus ꝑsonaꝝ debe remus distinguere:aut ecclesia successit iure legitimo aut iure testamẽtario.illum aũt passum an ecclesia ha beat loco filij:plene dixi in.l.si ita quis.§.i.de leg.ii.ꝛ predicta ꝗa in ꝓhibitione facta a cõtrahentibus vel a lege. Si a testatore non dico modo.dic vt Bi.in.l.pa ter.§.iulia.s̃.de leg.iii.per Li.in.l.ea lege.C.de cõdi. ob cau.ꝛ ego exuberãtius scripsi in.l.filius.§.diui.de leg.i. ¶ Qualiter aũt posset fieri q̃ in ꝓtractu ꝓhibea tur dñii translatio:dicet in.l.absenti.§.i.de acqui.pos. ꝛ in glo.quã legi ibi dũ dicit est enim modus in rebus ꝛc̃.nescio quid voluit dicere. Old.dat plures solu.for te voluit allegare in auc.de nõ alie.§.ii.vbi dicit q̃ in ecclesia optima mensura est donatarũ rerũ ĩmensitas. vel vult allegare.s̃.de serui.l.si cui. de dãno infec.l.dã ni.in prin.vbi dicit modus honestus.ꝛc̃. Old.vel dic q̃ voluit allegare illos versus cõmunes. Est modus ĩ rebus sunt certi deniq̃z fines.vel vult allegare.j.e.l.cõ tinuus.§.item qui insulam.

Filia que de inofficioso.

¶ Transactio facta super vna causa nõ obstat agenti ad eãdem ex alia causa.b.d. Mo.casuz legis qui est cõ tra glo.in.l.si de certa.C.de transac.licet ibi disputat.

Ex.l.ꝛ.§.sequenti.

¶ Si aliquis stipulatus sit a vicino q̃ nõ prohibebit venire aquam iuxta domum eius:si vendat domum an istud pactuz transeat ad emptorẽ:ibi. Aliquis. Et quid si stipulator uendat fundũ ꝛ cedat illam actiõez personalem pro seruitute:ibi. Quero. Et an per tales promissiones in dubio videatur concedi ius reale vel personale:vide in fi.

s J sub una significatõe Si quis uiam.

Iste.§.ẽ subtilis ꝛ bo n' ꝛ breuiter dicit. An te rem perfectam ꝛ consumatam vitiatur si deuenit res ad eum casum a quo non potuit inchoari.hoc di cit. Que est ratio:quia ab initio siue in illa parte erat dominus siue pro parte seruitus non poterat consti tui:vt.l.i.cõmunia prediorum.ꝛ.l.pro parte.de serui. vnde per alienationem deuenit ad eũ casuz ꝛc̃:quod brocardum soluam in.l.pluribus.§.ꝛ si placet.j.eo. ¶ Oppo.de.l.via.§.quecũq̃z.de ser.rusti.predi. So.

a ¶ Dominij translatio. ADDE alium casuz ꝑ pau. de casi fuisset dictũ q̃ q̃zcito pueniet ad actũ alienati.dñium reuertatur ad tradentẽ et i dictũ casuz emptor vel donatarius cõstitu it se noie vẽditoris vel donatoris possideret vt no. bar. i.l. qui absenti .§.ii.de acqui.pos. Sz si nõ eẽt cõstitutũ: ẽba illa q̃ reuertatur dñiuz nõ sufficerẽt vt no. in.l. .i.s̃.de donati.qz nõ i ducũt pcñ .l. cõmisso ric.an autez iuramẽtum sit sufficiẽs ad ipediendũ dñii trãs latõez: vide bal.consilio .cccl.xxxiii. tertio libro

b ¶ Vt h.et .l.codicillis ADDE ꝑm pau. de ca. q̃ qdam di sputãdo te nuit ꝓ hanc glo. iuncto textu q̃ stan te statuto q̃ vir lucretur totã dotem et vidua ha bẽs filios ex primo mari to nubat abs q̃z aliquo pa cto de lucrã do q̃ nõ lu crabitur se cũdus vir ĩ preiudiciuz filiorum pri mi matri monii q̃ ꝓhi bitio .l. hac edictali: qz mulier de buit curare ne ad secun dũ virũ pl' pueniat q̃z per.l.dispo tũ ẽ.de quo uide q̃ posui in . d.l. hac edictali.

q **Uotiẽs.** Ista est multũ solẽnis .l.⁊ diuiditur in duas p̃tes.p̃mo qñ stipulatio conditiõalis interponit ad nouandã puraz. scõo qñ stipulatio pura interponit ad nouãdam ꝯditionalez. scõa ibi:sed si qõ.⁊ breuiter.h.d.Stipulatio cõditionalis nouat puram in cõditiõis euentũ:sed statim morã p̃cedentis obligatiõis purgat. Ꝯtem stipulatio pura nouat cõditiõalem in cõditõnis euentũ:si tũc existat p̃sona in quã obligatio cadat.h.d.in sũma.tex.ibi egisse videat:qz per eaz recessum videt a cõditionali obligatiõe ſm mentem ꝯtrahentiũ.⁊ habes idẽ qõ hac.l.in.l.pecuniam.§.si cer.pe. ¶ Ad versi.vnde marcellus. Op.fortiter de.l.eũ qui ita.§.fi.§.de ver.ob.vbi per stipulatõem cõditionalẽ nõ tollitur mora p̃cedens.Sol.vt ibi dixi. ⁊ dicã in p̃xi. contrario. ¶ Ꝯtem op.de.l.si rem.j.e.Glo.dicit q̃ ibi fuit expresse actũ:vt mora sic purgaret.istud est diuinare.vel ibi loqtur qñ reo absente fuit facta stipulatio scõa aio nouandi:hic reo p̃ñte: ⁊ ista est vera ⁊ notabilis solutio:⁊ istã tenui in.l.eũ q̃ ita .§.fi.§.de v̄.ob.⁊ eam tz Jac.de ra.⁊ oẽs Modder.lz Ja.de ra.in.l.eum q̃ ita.§.fi.istam so. sibi appropriat:⁊ p̃batur ista sol.in.l.q decez.§. idẽ rñdit.j.de solu.¶ Uenio ad scõam p̃tez ⁊ videtur q̃ licet p̃sona sit deportata q̃ nouet obligatio.nam fiscus est heres:ideo est p̃sona q̃ potest obligari:vt.l.nouatio.j.e.So.dicũt qdã hic loquitur qñ post deportatiõem bona nõ erant ad huc a fisco agnita:⁊ sic nunduz erat heres. hoc nõ placet:qz idem est hereditatẽ iacere: vel aditam esse:vt.d.l.nouatio. vel aliter:⁊ istaz tz By. aliud est quẽ esse mortuũ naturaliter:aliud esse quẽ deportatũ.⁊ si tu dicis fiscus hẽtur loco heredis:dico q̃ nõ est verũ p oĩa.ita habuistis no. §.ti.i.l.inter eos.§.fi.que glo.p̃batur p̃ hanc.l. vt ibi dixi. ¶ Ex quo no.q̃ in obligatiõe iam cõtracta fiscus hẽtur loco heredis:sed in obligatione cõtrahẽda q̃q̃ ex cã de preterito nõ habet loco heredis:vt hic.¶ Ulterius q̃ro dicit hic q̃

nam ad ea.s.de condi.⁊ demon.q̃ vult q̃ obligatiões cõditiõales nõ trã
seant in fiscũ quã seqtur ibi bar.qui dicit illud ibi verũ intelligi in iurib⁹
proueniẽtibus ex vltima voluntate.secus in iuribus cõditionalibus ex ꝯ
ctu per.l.iter socerũ.§.fi.s.de pac.dot.ad hec allega.p bar.in.d.l.fi.C.d
contrahen.emp.⁊ i.l.i.C.de pac.conueniẽ.lz ang.⁊ imo.hic ꝗriũ teneant
⁊ illã glo. in d.l. nam ad ea. reputat singularẽ.i.l etiã. C.ad.l. fal.⁊ qd si fiscus accepit bona tãquaz vacantia.vide q̃ dixi p⁹ bal.i. l.iij.§. cum ex cã.j. de iure fis.et adde quod ad cũ nõ trã seũt:nisi que ad heredem extraneũ trã seunt ꝑm gl. in.l.i.vbi doc to. maxime Bart.C. de ope.li. Itẽ ñ hz ius accre scẽdi:vt hz v̄ sus heredes fisci.Bal. in l.i.in. iiij .q. C.quãdo nõ pe.par.⁊ vide p Bal.in l.iubem⁹. §. i.i.ij.col. C. ad trebel.⁊ i repe.c.fi pf. de testa.i.vt. in.xviij. col. ⁊ iura naturalia trãseũt in fiscuz hoc est obligationes naturales ꝑm Bal. in.l.tam mãdatori. in.ij. col.C.de nõ nu.pecu. dixi i.d.l.si marito. Itez an in fiscum trã seant bõa futura.i.questa post publicationem.vide Bar. i.l. i.j.de bonis dam.⁊ dixi i .l.iij.§.pe.s. qd qsq̃ iur. vbi Bal. et Ang.⁊ no.q̃ quicqd prohibitũ est in aliquem trãsferri id in eũ non põt per cõfiscationẽ trãsire:vt dixi in.l.si finita.§.si de vectigalibus. i ij.col.s.d dãno infe.⁊ ibi dixi pbando q̃ secus esset siquis pbiberetur vendere illd alicui quia illud bene in eum ex cõfiscatione trãsiret. Itez nũqd ꝓmoditates ꝓcesse alicui ad tp̃s trãseãt ad fiscũ ex publicatõe:dixi i d.§.fi de vectigalib⁹. Item adde q̃ fiscus q̃ succedit in locum filij bãniti non põt dicere testamẽtum patris sui nullũ in quo preterijt ip̃z pater:vt notã.vult Bal.in.l.si qua pena.s.de bis qui sunt sui vel alie.iur.qd dcm

deportatus nõ est p̃sona que obligat.quero an deportat⁹ obligeť naturaliter ⁊ ciuiliter.glo.hic dicit q̃ nõ obligat ciuiliter ſz naturaliter sic.hoc non est verũ in casu nr̃e legis:q: si obligareť naturaliter:p̃ma obligatio nouareť:vt.s.eo.l.i.qd̃ est cõtra istũ tex.dico ergo q̃ in casu nostre.l.nõ obligatur ciuiliter vel naturaliter.⁊ ideo aduerte tria[a].nã q̃dam sunt obligatiões de p̃terito cõtracte:⁊ ab illis per deportationem liberat fide iussor a ciuili ⁊ naturali ⁊ transfundit in fiscum: vt.s.ti.i.l.si debitori deportato.q̃dam sunt obligationes de nouo cõtrahẽde ⁊ in illis obligat deportatus naturaliter:vt.l.q̃dam.j. de pe. qm̃ retinet ea que iurisgẽ.sunt:vt ibi .q̃dam sunt obligatiões de nouo p̃ficiende:tũ ex cã de preterito:⁊ in illis nullo mõ obligant:vt hic. ¶ Vltimo.istam .l.[b] q̃ lz existens ꝯditio trahatur retro ad tẽpus stipulatiõis cõtracte:vt.l.qui potior.⁊ .l.qui balneũ.s.qui po.in pig.ha.tũ hoc est verum[c] si tp̃e existentis cõditionis repireť extremũ habile ad obligationẽ cõtrahendam.secus si reperitur inhabile:vel ex parte rei: vt hic. ij. rũso. vel ex parte persone:vt hac.l. vltimo rũso. tenementi perpetuo.

s **Ꝯ creditor.** Non itelligitur pena repetita ĩ stipulatione nouãte.hoc dicit.

d **Elegare.** ¶ Oppo.s.e.l.delegare.So.vt ibi.

n **Ouatione.** In stipulatõe nouante non intelligitur repetitũ pignus vel vsura.h.d.

Ex.l.sequenti.

¶ Exceptio que obstat deleganti non obstat ei cui facta ē delegatio:ibi.No. Et an mulier posit renũciare velleiano ⁊ minor beneficio restitutionis in integrũ:ibi.Secũdo cũ ÿsi.sequẽti. Et an cũ mutuo ꝓcuratori bẽnti mandatũ ad id:⁊ q̃ ꝯuertat in aliquã cãm: an debeam eẽ sollicit⁹ q̃ in illã cãm ꝯuertatur:ibi. Et p̃ hoc. Et an cũ aliquis est delegat⁹ creditori putatiuo:an exceptio que obstet delegãti obstet ei cui facta est delegatio:ibi. Primo. Et quid si delegatio est facta creditori uero:ibi.Secũdo. Et an exceptio ꝯpensationis banni:ex cõicatiõis que obstat delegãti obstet ei cui facta est delegatio. vide in fi.

d **Oli mali.** Ista est notabilis. l. ⁊ pfunda.⁊ breuiter h.d.Exceptio q̃ obstabat delegãti non ob.ei⁹ cui facta est delegatio:nisi cõtra eũ eadez ratio cõcedente exceptiõis subsistat.h.d. ¶ Nota ibi tex.diuersum si iam excesserit ⁊c.q: nõ habes alibi ita expſſuz.ex hac.l.no.q̃ exceptio que obstat delegãti.nõ ob .ei cui est facta delegatio. ¶ Scõo no. ver.diuersum[e] p̃ quẽ dicunt doc. vltramõ.q̃ mulier nõ potest renunciare beneficio velleiano.nã eodẽ mõ quo decipitur intercedẽdo eodem modo decipit renunciãdo.lz glo.dicant cõtra ⁊ cõsuetudo se hz ita.sed credo q̃ vltramon.dicũt verum de iure per hanc.l.de quo per Cy.C.de epi.⁊ cle.l.si quis in cõscribẽdo .⁊ in.l.vlti.ad velleia. ¶ Tertio no. ÿ.idẽqz.q̃ mi

non puto verũ:vt dixi in.d.§.fi de vectigalibus. ADDE an in fiscuz trã seant bona acq̃sita post ꝓfiscationẽ abb.cõsi.xci.ij.lib.⁊ an in legitima filij bãniti fiscus mortuo patre vel matre bẽat ius:⁊ an monasteriũ ⁊ fiscus equiparentur. vide ꝟ Pau.de ca.consilio.xxxij.

a ¶ Aduerte tria. Quid si fiscus accipiat bona tanq̃ vacantia an teneat legatarijs.vid in.l.iij.§.cuz ex causã.j .d iure fi.⁊ que ibi dixi.

nor non põt renunciare beneficio restitutõis:q: in renũciatione eodẽ modo decipitur .de quo ē glo.in.l.si intra.C.de in inte.resti.⁊.l.si iudex circũuento.s.de mino. ¶ Quarto no.ver. diuersũ est si iam.q̃ in his q̃ qs contrahit post.xxv.ãnos infra illud quadriẽniũ infra qd̃ potest petere restitutionẽ:tamẽ nõ restituitur ita habes hic. fallit in casu quẽ habes.C.de repu.here.l.fi. ¶ Vltimo no.q̃ qs nõ debz esse curiosus de negocijs alienis. ¶ Op.de.l.apud celsum.§.fi.s. de do. excep.Solu.aliud est in exceptiõe metus:vt ibi. qa est scripta in rem.aliud in exceptiõe doli que est in personã:vt hic ꝑm Azo.quã glo.reprehendit:quia etiã exceptionẽ met⁹ quis videť remittere ꝓmittens secũdo:vt.C.qd̃ me.cau.l.ij.⁊.s. eo.l.si quis delegauerit. Ista reprehẽsio glo. est verissima.nam ille cui facta est delegatio nõ agit ex prima obligatiõe cõtracta per metũ :sed agit ex secũda interposita sponte. ¶ Item op.de.l. sed ⁊ iulianus.§.nõ solũ.s.ad mace.Sol.vt ibi. ¶ Vlterius op.de.l.q̃uis.§.si mulier.s.ad velleia.So.ibi loqtur ꝑm opi. Marcelli que non approbat. ¶ Item oppo[f].ad fi.huius.l.⁊ videtur q̃ qs debeat eẽ curiosus de persona eius cũ quo cõtrahit:vt.l.iij.§.pe.s.de in rem ÿso.⁊.l.q cũ alio.j.de reg.iu.glo.dicit ibi in mutuãdo:hic aliter cõtrahẽdo nil est dictũ:vel dic ibi volebat alium obligare ex alterius ꝯractu hic secus.ista est optima si bene intelligat:nã in p̃iudiciũ ipsius cũ quo cõtraho nõ debeo eẽ sollicitus ⁊ curiosus qd ipse egerit:sed si ex illo actu volo alium mihi obligari:vel alteri p̃iudicare:tũc debeo eẽ curiosus:vt.l.contra.⁊ hoc modo dz intelligi illud qd̃ dicit q̃ imputat ei qui nimis fuit credulus:vt.s.de eo per quẽ factũ est.l.fi. ¶ Et p̃ hoc induco tibi ad.q.[g] aliquis est ꝓcurator ad accipiendũ pecuniam mutuo:⁊ eã ꝯuertẽdaz in emptionẽ instri:vel in fabricaz talis domus.procurator venit ad me ⁊ accepit pecuniã mutuo vtz debeo eẽ sollicit⁹ q̃ illa pecunia cõuertat in illã causam? Rũdeo si hz speciale mandatũ ad recipiendũ pecuniã mutuo ob hanc cãm sufficit ꝓcuratorẽ cãm asserere:vt.l.i.§.an aũt.s.de exerci.secus si nõ hẽat spãle mandatũ: vt.l.fi.j.e.ti. ⁊ Azo tz in summa illius ti.⁊ Inno.in.c.fi. extra de fideius. ¶ Vltimo ad plenã declarationẽ huius materie dy.posuit hic vnã sũmariã distinctionem satis planã que tũ in aliqbus deficit.ideo examinem⁹ eã per qõnes. ¶ Primo q̃rit qñ aliquis ē delegat⁹ creditori putatiuo vtrũ exceptio que ob.delegãti obstet ei cui facta est delegatio. By.dicit indistincte q̃ sic:vt.s.de doli excep.l. iulian⁹.i.rũ.⁊ de dona.l.ij.§.item si ei. Mihi videť sic dicendũ.aut exceptio q̃ ob.delegãti erat talis ex qua soluti p̃ errorẽ dareť repetitio.⁊ verus dicit By.p̃ dictas.ll.aut nõ dareť repetitio: vt quia exceptio erat odiosa.⁊ tũc non obstat exceptio ei cui facta est delegatio:sed ei soluetur ⁊ ab eo delegãs repetet:nisi aliõ obstet sibi : sicut si scienter ꝓmisisset:vt.s.de cõdi.ob cãm.l.q̃ se debere.ÿ.sed si cũ sciret. ¶ Scõo q̃ro qd si delegatio facta est creditori ÿo. By.distinguit .aut

b ¶ No.istaz legem.⁊ hoc dicit Bar.se in facto consuluisse.de q̃ in.l.post.j̃.i pr̃in.s.vt lega.no. caue.

c ¶ Tamẽ hoc est verũ. nolimitatõz ad .d.l. potior. ⁊ ad.l.q balneũ.bene faẽ ad hoc quod no.bar. in.l. sub cõditiõe i. ij. col.j .ti. pri.in. q.i.d confirmatione donationis.

d d Oli mali.obstat ei.Et quãdo exceptio auctoris noceat successori quo ad agẽduz. vide gl. no.⁊ ibi bal. i.l. vitia. C. d acq.pos.

e ¶ No. ver. diuersum.an mulier possz renũciare beneficio velleiani:⁊ minor beneficio restitutionis.d hoc vltra nota. hic no. ẽt in.c.si diligẽti.in glo. de fo.ꝯpe.adde qd̃ per istum tex.dixit no. bar.i.l. fi. §. pe.de condi. inde. ⁊ vide ad materiaz Jo.an.in spec.de resti.i integ.§. qualiter.ver.sed nunquid minor.⁊ io.ande emp.⁊ vẽdi.in.c. cum dilecti.⁊ barto.in.l. cum minor.j.rezratam habe. cõmunis opinio.est q̃ possit renunciare velleiano. ita Bar.i.l. ij.circa fi.s. titulo.i. EDDE Jo. an.in additionib⁹.ad spec.in ti.d renun.§.i. ver fi.cui ãt iuri.

f ¶ Item oppo. Ista faciunt ad no.q.de qua.j.

g ¶ Ad qõnem.pro ista qõne.vide tex.in.l.liberto.s.de ne.ge.⁊ ibi ang. ⁊ Bar.in.l.ciuitas.s.fi cer.pe.do.Ant.in.c.i.de positio.Inno.⁊ doct.in .c.quod quibusdam.de fideius.

delegatus sciebat sibi cōpetere exceptionē.⁊ videt eaz remittere:⁊ non pōt eā opponere:vt.s. e.l.si qs delegauerit.in pn.aut ignorabat:⁊ tūc aut fit delegatō ex cā lucratiua:aut onerosa.si lucratiua:tunc aut exceptio que ei cōpetebat erat in psonam delegātis ⁊ delegati.⁊ nō ob.ei cui facta est delegatio:qz non egredit psonam:vt.s. de dona.l.si id qō.§.si cū primus.ita dicit By. Sed hoc dz intelligi quādo delegat⁹ pmisit expressa certa quātitate.si vo pmisit simpliciter illud qō dz:tūc secus:vt no.s.sol.ma.l.si prior.⁊ de re iudi.l.nensenius.in pnc. Prosequtur By. aut exceptio erat in rez ex pte opponētis in psonam.aut ex pte illius cui oppo.vt exceptio doli: vt.s.de do.excep.l.ij.§.i.vel in rez ex pte vtriusqz:vt exceptio qō me.ca.vt.l.apud celsum.§.fi. s.de do.excep.⁊ tunc ob.exceptio ei cui facta est delegatio:vt.s.de do.excep.l.iuli.i.rñ.de dona. l.ij.§.item si ei ij.rñ.ita dicit By.qō intellige qñ promisit ignoranter tali errore ⁊ tutus tali exceptiōe ex qua ipsi deleganti solutū posset repeti: ⁊ pmissum cōdici:vt.l.iij.§.i.⁊ ibi no.s.de cōstipe. Prosequt By.aut fit ex cā ñ lucratiua:⁊ tūc aut subest eadē causa cōcedende exceptiōis contra eū cui facta est delegatio q̄ suberat cōtra delegantē:⁊ ob.exceptio ei cui facta est delegatio: vt hac.l.ver.diu ersum.⁊ ver.deniqz.⁊.s.ad velleia.l.q̄uis.§.si mulier.fz opi.Ja.que ibi approbatur in glo.ita dicit By.sed aduerte hic:qz ista exceptio q̄ ob.ei cui facta est delegatio:nō est eadem numero cū ea q̄ obstabat delegāti. est enim noua exceptio q̄ de nouo tēpore secūde pmissionis orit lz fit eadē gñe. Prosequtur By. aut nō subest eadē cā concedēde exceptiōis:⁊ tunc aut res est reditura ad delegātem dolosuz:⁊ tūc obstat exceptio ei cui facta est delegatio:vt.l. apud celsum.§.apō iulianū.⁊.l.pure.§.si cui.de do.excep.ibi nisi iam diuerterit.ita dicit By.qō intelligе si pmisit tali errore ex quo si pmisisset ipsi deleganti cōpeteret conditio:vt dictū est. Prosequtur By.aut nō est reditura ad delegantē:⁊ non ob.exceptio:vt.s.de do.excep.l.apud celsuz.§. sed ⁊ si mulier.⁊.§.auctoris.⁊.§.sed cū legitima. ⁊.j.e.l.pe.⁊.s.eo.l.siqs delegauerit.⁊ hac.l.⁊ ō cōdi.ob cā.l.si donatur⁹.⁊ hoc in exceptiōib⁹ psone coherētib⁹.in exceptiōib⁹ vo rei coherentibus vt dicēdū q̄ debeant obstare etiā habēti ti. nō lucratiuū:vt in.l.in hoc iudicio.§.si iter socios.s.cōi diui.⁊.l.idēqz.§.fi.s.pro so.l. si supat⁹ .§.per iniuriam.de pig.in.l.fi.de excep.rei ven. de excep.l.exceptiōes.de reg.iur.l.inuit⁹.§.pe. ita dicit By.Ista determinatio nō est va in delegatione:qz cōtra hāc.l.ibi idēqz in similib⁹.⁊ ibi p glo.⁊ apparet ex his q̄ supra dicta sunt de exceptiōe qō me.cā.⁊.ll.allegat.p dy.nō loquuntur in delegatōe sed in cessione. Rō differētie pz ex his q̄ dixi in pmo cōtrario.⁊ sic indistincte dixi eis hoc casu exceptiōem nō obstare. ¶ Prosequtur By.si vo est dubiū vtrū sciuerit vel ignorauerit.dicit gl.q̄ si exceptio ei cōpetat ex sua psona p̄sumitur scire:qz in facto suo nō est tolerabilis ignorantia:vt.s.ad velle.l.q̄q̄.si ex psona alterius p̄sumitur ignorare:qz in aliēo facto ⁊c. j.de reg.iu.l.q in alterius.pro suo.l.fi.⁊ no.s.e. l.siqs delegauerit By.sed hoc itellige:vt dixi in d.l.siqs delegauerit. ¶ Querit By.qd in exceptiōe cōpensationis? Rñdeo pz ex premissis.est enī exceptio rei coherēs:vt pz i.l.siqs a fideiussore.s.de cōpen.⁊ de excep.l.exceptōnes.By.sed illud nō pcedit in delegatiōe:vt.s. dixi. Item quia in exceptiōe compensatiōis tutus nō habz repetitionem indebiti:nisi put no.in.l.qui inuicem.s.de condi.inde.sed istud pcederet in cessione actionis.de quo per By.extra de reg. iur. c.siqs in ius.li.vi. Ly.C.de compē.l.eius.dic vt ibi. ¶ Querit dy[a].qd in exceptione bāni ⁊ excōmunicatiōis que poterat opponi cedēti? Respōdeo patet ex predictis:qz tūc habēt originez ex delicto cedentis:nec est delictū circa rez de qua agitur in acqsitione cōmissum.videt distingui: an cessio fiat ex causa lucratiua vel nō lucratiua: vt.d.§.de auctoris.⁊.§.sed cū legitima.⁊.d.§. si mulier.⁊.d.§.siqs aūt.ita dicit By.i.d.c.siqs in ius.Jac.de are.tz q̄ indistincte obstet.sed de hoc est glo.in.d.§.sed cum legitima:vt ibi dicā. ¶ Quero vtrū exceptio que obstat delegāti obstet ei cui ē facta delegatio.glo.dicit q̄ circa hoc est adhibēda distinctio q̄ colligitur ex qbusdam .ll.sed dy.ponit longā distinctionē que eget aliqua suppletiōe:sed causa breuitatis omitto ⁊c.

a ¶ Querit dy.⁊ an exceptio quā obstet cessionario.vio bar. i.l.heredi.§. nos aūt.s.de pac.

n **Quare.**

Pupillus. ¶ Op.q̄ pupillus possit nouare:vt.s.eo.l.iij.Solu. verum est si sibi expediat. ¶ Sed tūc op.ergo idem erit in pupillo hēnte tutorē:⁊ cuz tutor ita demū potest nouare si pupillo expediat:⁊ sic iter eos nō est differētia. dic gl.tutor pōt nouare qñ est dubium vtruz pupillo expediat vel non:sed in pupillo oportet q̄ sit certum q̄ faciat meliorē conditionē suam.⁊ hāc tenet By.Sed Jac.de are.dicit aliter ⁊ qō dicit tex.si pupillo expediat exponit.i.expedire putat ⁊ sic faciat bona fide:vt.l.cū plures.§.qui bona fide.s.de admi.tu.secus si faceret mala fide animo nouandi:vt.l.tutor ad vtilitatē.s.de admi. tu.⁊.l.si preses.C.de transac.fm eū:⁊ predicta intellige quādo ista nouatio iterponit sup aliqua obligatiōe in qua veniebat aliqd quod seruando seruari nō poterat. sed si poterat seruari nō posset nouari dicta obligatio:sicut nec res alienari sine decreto.ita no.per glo.C.si aduer. transl. l.i.⁊.ij.facit.C.de pdi.mino.l.siqs ad resoluendam. ¶ Quero qd si pupillus nouādo non facit cōditionē suā meliorē:nec deteriorē.glo. videtur hic velle q̄ hoc non possit facere pupillus sed tutor.cōtra.no.s.e.l.iij.⁊ illā tene.dy.

Ex.l.sequenti.

¶ Habens mandatū ad solutionē recipiendaz vel mutuum non potest obligare mandantem confitendo.

b ¶ Jdebitori.ad banc.l. vide Ly.in.l. falsus.i.ij. col. j.de fur.

c ¶ Non credo. Adde q̄ idē tz Jo.an. in addi. spe. in ti.d teste. §.i.v.fz pōe egi.i fi. Idē tz do.Ant.⁊ ab.i.c.fi cautio. de fi. instru.idem tz bar.⁊ bal.i.l. ij.§.fin. C.si cer.pe.⁊ bar to.i.l.nō abstulit. C. de noua. Idem tz ang.i.l. ij. §.fi.C.d quadri.pscrip.⁊ ro.in.l.pdia. s.d acq.pos. lz grīū tz ange.i.l.a diuo .§.tz si ēptor .s.d re iudi. quē sequitur Jmol. h. ⁊ i d.§.fz si emptor.idez tz fede.de se.in cōsi.lij.qd incipit.tici⁹ fecit pcuratorē.vide bal.i d.l.nō abstulit.⁊ bal. i.l. pecunia.C.d sol. ADDE q̄ pau.d cabic refert ange.sētire grīuz ⁊ illū seqē tñ eius cōsi. cccxcvij. tz pmaz opi. ⁊ bal.cōsi.cccxxiij.i.lib.

e **Jdebitorem.** ¶ Ratio est dicit Ja.d are.qz hic sunt inter se diuersa:⁊ sic est argu.q̄ qui hz mandatum ad recipiendā solutionem:nō habet mādatū ad remittendā solutionem qō no.licet enī pcurator sit ōstitut⁹ ad solutionem recipiendam nō credo q̄ sufficiat si confiteatur sibi solutū:vel solutionē recepisse.aliud est enim recipe aliud est cōfiteri recepisse. Idez in eo qui habz mandatū ad recipiendū mutuū. nam nō sufficit q̄ cōfiteatur se mutuū recepisse. differunt enī inter se:vt hic.⁊.l.ij.in fi.s.si certū pe.⁊ est tex.cum glo.in.l.i.§.si mutuā.s.siqs in frau.cre.pa.⁊ sic debet dicere in instro q̄ dedit ⁊ numerauit in presentia mei notarij.

n **Quatio.** ¶ Quidā dicūt q̄ hic est tex.q̄ hereditas sustinet psonam heredis:vt ibi.cuius sustinet ⁊c.sed nō dicit hoc hec.l.qz debes exponere ad heredē illius.s.defuncti cuius.s.defuncti personam interim ⁊c.

n **Onideo.** ¶ Not. q̃ filio ⁊ seruo pōt solui illud qō ipsi mutuauerunt: vt hic.⁊.j.ti.i.l.q̃ seruus.⁊ de pac.l.si vn°. in pn.⁊ deposi.l.q̃ seruus. sic ⁊ in monacho.naꝫ monacho potest solui illud qō ipe mutuat: vel deponit: nō tamen posset nouare vel alio modo remittere.tex.est hic. quod no.multum.

Ex.l.sequenti.

¶ Quando minor summa fit in obligatione.

s **Jis cui.** ¶ Ad istū finem op.s.eo.l.sticbū.§.si decem.⁊.j.e.l.a te. Sed rñdeo hic loqtur qñ fuit expresse actū: vel alternatiua ꝑ copulatiua poneret.alias secus: vt in cōtrarijs. ¶ Scōo oppo.fortius in alternatiua quātitatis mior tm sūma debet: vt.l.si ita stipulat° fuero.x.aut.xv. ⁊.l.si stipulatus fuero.s.de ꝓbo.obli.ergo minor summa videt nouata.glo.rñdet ⁊ male.dicit enī minor summa est in obligatiōe.verū est nisi eligatur maior. videte in alternatiua sūmarum minor sūma nō inest in obligatione: ⁊ etiā si obligat non pōt solui tanq̃ debita.sed ex causa donatiōis solueť: vt.l.si ita.in fi.deleg.ij.⁊ in.ll. alle.pro cōtrario. Quod est verū quādo in sūmis non cadit affectio: q: pmisse sunt simpliciter.semp enī videtur velle qō minus est: sed qñ ꝑpter aliquā adiectionem in summis caderet affectio: tūc vterqꝫ est in obligatiōe sicut in specieb°: vt hic est cāus in.l.nīa.forte iterest mea magis soluere.xv.que debet ticius q̃ decē que dꝫ scius. Idem si caderet affectio rōne loci vel ꝑsone adiecte: vt .j.ti.i.l.qui reis.§.qui stipulatur.

Ex.l.sequenti.

¶ An vsure ꝑteriti tēporis debeantur . ⁊ an q̃ venit ex officio iudicis possit in nouationem deduci.

e **Oiptor.** Buas lec.ponit glo.in hac.l. ⁊ vtraqꝫ est notabilis: ⁊ ſm ꝑmā.b.d. Cursus vsurarū: ex natura actionis ꝓcedens in stipulatiōe nouante nō intelligit repetit°. b.d. Secūdum banc lec.q̃ro an vsure rōne preteriti tēporis debeant.glo.que est hic videt dicere q̃ sic.nō tanq̃ vsura ſz tanq̃ sors.cū enim ꝑmitto q̃ ticio debeo ex cā emptionis ꝑmitto q̃ debebā pro sorte ⁊ vsuris.⁊ ideo ille vsure debent.vt sors. Istud ꝑbatur.j.rē pu.sal.fo.l.cū pupillus.⁊.l.seq.⁊ qō ibi no.alio modo legit hec lex: ⁊ breuiter.b.d. Vsure que debentur officio iudicis in stipulatiōe nouāte nō videnť deducte.b.d. Aduerte ista opi.posset esse ꝓba si ponerem° ista ꝓba nouationis esse cōcepta qcquid actiōe ex vēdito te dare facere oꝫ ꝑmitto.sed si ponerem° ꝓba cōcepta in rem qcqd occasione vēditionis: vel qcqd ex vēdito dare facere oꝫ: tūc debētur vsure ꝑteriti tēporis tanq̃ sors. ¶ Quero an id qō officio iudicis vēit possit in nouatione deduci. puto q̃ sic: vt.j.ti.ij.l.⁊ vno.§.i.

f **Vndum cornelianuꝫ.**

Si secūda stipulatio cōtinet aliud q̃ prima nouatio nō presumit. Item qñ estimatio debet iure actionis tpe cōtracte obligationis qñ officio iudicis tp̃s petitionis inspicitur.b.d. ¶ Oppo.de.l.si seruū.§.fi.s.d ver.ob.Sol.bene pōt fieri nouatio si hoc est actum : vt ibi.sed in dubio nō ꝑsumitur actū: vt hic. ¶ Itē oppo. de.l.si pupillus.la.ij.§.qui actū.s.e.ſm opi.quaꝫ tenui vbi aliud stipulabatur ⁊ ꝑsumitur nouatio. So.ibi non stipulatur: aliud oīno.sed est idem respectu cōmoditatis. ¶ Vlterius op.° ad ꝓ.itaqꝫ.de re.iur.l.bona fides. ⁊.l.locum.§.cōdemnatio.s.de tabu.exhi.Sol.vt ibi ꝑ glo.⁊ per Dy.in.c.bona fides.de re.iur.lib.vi. ¶ Tertio op.ad fi.de.l.vinum.s.si cer.pe.⁊.l.in hac.s.de triti ca.Sol.hec.l.distinguit oēs illas.q: aut estimatio debetur iure actiōis ⁊ obligatiōis: ⁊ inspicitur tp̃us cōtracte obligatiōis: vt hic.⁊.l.hoīem.s.mā.aut venit estimatio officio iudicis ⁊ hēnt locum distinctiones que in.l.contra.ponuntur.

Ex.l.sequenti.

¶ Que nouatio fiat per litis cōtestatiōem: ibi. Quero. Et an priuilegia ꝑme actiōis intelligant repetita i stipulatione nouāte: ibi. Quero vtrum.

a **J.iam.** Per litis ꝯte.nō fit deterius ius agentis. Item in stipulatione nouante intelligūtur repetita ꝑuilegia que fauore agētis: vel cause erāt in ꝑsona: nisi aliud sit actum.b.d. ⁊ ista.l.multū no.⁊ no.eā circa fi.⁊ aduertatis. ¶ Op. de.l.aliqñ.§.de pigno.s.ad velle.glo.signat eam ꝑ cōtrario.sed istō cōtrariū non debuit signari hic: sed .j.l. ꝑxi.⁊ ibi dicam. ¶ Quero q̃ᵇ nouatio fiat ꝑ lit.cōte. Rñdeo tu debes scire q̃ triplex nouatio est.q̃dam est q̃ est vnius obligatiōis in aliā transfusio: vt.s.eo.l.i.⁊ ista fit per stipulationē ⁊ per cōte.factā a volentib° animo nouādi: vt.s.e.l.delegare. Quedā est nouatio hoc est ad veterem actionē noue qualitatis adiectio.⁊ ista dicitur fieri ꝑ li.cōte. que fit necessario ab actore: vt hic.nō enī tollitur ꝑia actio: sed ei noua forma adijcit : q̃ ꝑia nō tollatur patet.s.de ver.ob.l.cū stipulati sumus.⁊.C.de iudi.l.i.q̃ noua qualitas adijciat patꝫ: q: si prima erat ꝑpalis per cōte.efficitur perpetua ⁊ trāsitoria ad heredes: vt hic cū si. Quedā est nouatio hoc est noue actionis ad veterē adiectio.⁊ ista fit per snīam.de hoc loquitur.l.si.C.de vsu.rei iudi.⁊ hoc tangit per doc.C. de iudi.l.i. ¶ Quero vtrū priuilegia prime actionis intelligātur repetita in stipulatiōe nouāte.tex.cuꝫ glo.videt hic dicere q̃ sic: nisi fit actuꝫ in ꝯtrarium. Tu dic circa hoc q̃ in actione prima nouata qñqꝫ insunt aliqua ad commodū rei: vt dilatio.⁊ ista an intelligant repetita dixi in .l.stichum.§.i.s.e.q̃dam insunt ad cōmodū actoris°: ⁊ tūc aut ista talia insunt ex cōuentiōe ⁊ dispositione contrabētium: vt fideiussores pignora ⁊ pene: ⁊ ista nō ītelliguntur repetita: vt.s.e.l.si creditor.⁊.l.nouatio.⁊.C. etiā ob cy.pe.in.l.i.q̃dam insunt ex legali dispositōe^c: ⁊ tunc aut ista insunt fauore creditoris vel cāe ⁊ intelligūtur repetita: nisi aliud actū sit: vt hic.qñqꝫ insunt odio debitoris morosi: vt vsure que veniūt in cōtractib° bone fidei: ⁊ iste nō intelligunt repetite: vt.s.l. emptor.⁊ in.l.nouatione.

p **Julus.** ¶ Op.de.l.aliqñ.§.de pignoribus.s.ad velle.So.vt ibi.q: nō tenuit nouatio cum effectu.

Ex.l.sequenti.

¶ Qñ ꝑ cedit obligatio ⁊ mora: an ꝑ sequentē stipulatōeꝫ purget mora ⁊ seq̃ns stipulatō comittat: ibi. Vltio

s **J rem aliquam.** Nō est aliqua .l. in corpore iuris que bēat fortiora ꝯraria q̃ ista: ⁊ hꝫ ista.l. iiij.lec.in glo.⁊ vnā ex glo.By.⁊ Ja.de are.tenēt tertiā lec.positā in glo.que lꝫ in se ꝓba est.tū ego teneo qntam lec.que nō est in glo. Et diuido istud ꝓncipium in tres ꝑtes: vt patet ex lra. Et ſm lec.tertiam positā in glo.b. d. Stipulatio cōditionalis nouat purā in cōditiōis euentum: si tūc res existat: vel ante secūdaꝫ stipulationē post moram defierit: vel post scōam facto debitoris petierit b.d. ¶ Op.ad litterā.de.l.quotiēs.ꝓ.vnde marcellus .s.e.huius timore sunt hic q̃ttuor lec.vna Rug.q̃ dicit q̃ hoc fuit actū: vt ꝑ sequentē stipulationeꝫ non nouet mora precedens. ¶ Sed ꝯtra istam op.ex ꝑma stipulatione non pōt agi pendēte cōditiōe: vt.l.pecuniaꝫ. s.si cer.pe. Item nec ex secūda ante cōditionis euentum: ⁊ sic nō poterit agi. Dicit Ruge.hoc eēt verum: nisi esset actum. ¶ Sed op.si res nō existat tēpore existētis conditionis non pōt cōmitti stipulatio.dicit Rug.verū est: nisi fit actū q̃ mora nō purget.videte ista lect.est vera ī se tamē diuinationē cōtinet. Alij ergo vt Jo.timore hᵒ soluūt aliter q̃ hec res perijt facto ꝑmissoris.vnde haberur ꝑinde ac si res extaret . ¶ Contra illam lectu.oppo.q: ſm hoc isti duo ver.s.ꝓ.si.nisi per ꝑmissorē.⁊ ver. ⁊ si ꝑus q̃ repeteret bis.idē dicit Jo.fateor tū ſm suuꝫ

a f Vndum cornelianū. vlterius oppo.ꝑ bar. in.l.plane.§.i.de le.i.⁊ in .l.ij.§. mela de vo.ꝑle.

b a Lī quero q̃.vide bart.in.l.i.s.de iudi.

c ¶ Quedā ē an dicta i ꝑmo ꝯctu videant repetita in secūdo. Adde not.ꝑ Bar.in.l.lꝫ. de le.i.ad fi. ADDE an dictū i ꝑmo ꝯctu videat repetitū in secūdo ꝓ.Pe.d anch. cōsilio cclxiij.

d ¶ Cōmodū actoris. de istis ꝑ ange.i .l.i.C.de iudi.in repe.ēt i lec.⁊ ibi reꝑhendit bar.

e ¶ Legali dispositiōe. vide q̃ no. moder.isti.d ac. §.fuerat in vij.char.i ꝓ. an aūt ⁊ qñ. ⁊ imo.i rub. so.ma.in. iij. col.ꝓ.itē aduerte q̃ ꝑuilegiū ⁊c.⁊ d adde no.bar to.in.l. si qꝫ cuꝫ aliter. ꝓ. q̃ro.circa secundum. de ver.obli.

dictū est cā maioris declaratiōis ⁊ euidētie: ⁊ ita ponit glo. tua in fi. que dz iungi cū dicto Jo. vide glo. q̄ icipit hoc totū. ibi Jo. aliter dixit: ⁊ ibi si tñ dicat prius ⁊c. et ita lege istā gl. Jsta opi. Jo. est ꝓa in se tñ est diuinare. Jtem ibi est absurdū q̄ bis repetat. idem cū non declaret magis in secūdo dicto q̄ in ꝑmo. Legunt alij tertio mō q̄ ver. nisi per ꝑmissorem loquat q̄ñ res perijt post moram ante secūdā stipulationē. nam hic pōt deduci ī stipulatiōem aīo nouandi: vt. l. inter stipulantē. §. pe. s̄. de ver. obli. ⁊ l. si seruū. §. fi. e. ti. sed ver. ⁊ si prius loquitur q̄ñ perijt post secūdam stipulationē facto ꝑmissoris ⁊ sic in illo ꝓ. si prius. tz opi. Jo. in precedenti nō. ⁊ hāc opi. tenet Jaco. de are. ⁊ By. ⁊ Old. ⁊ multi Moder. ⁊ est in se verissima. tamē quia glo. inter istam lec. interserit quādam aliam. ideo vide glo. vt eam iūgas prout debes. vide glo. ibi. vel potes ꝑmā partem vsqz ibi. alij dicunt ⁊ omitte versi. alij dicunt ⁊ assume ꝓ. q̄ aūt dicit dank: seqtur ⁊c. Jsta lec. in se est vera tamē cōtinet diuinationē in se. q̄re alij dicūt totum ecōtra ad istam lectu. q̄ in. l. cōtraria erat mortu⁹ post moram ante stipulationem. hic ꝓo erat mora ante stipulationē sed nō mortuus. ⁊ dicit glo. qō est verius: certe ista lec. est omnino falsa in qualibet sui parte. nam in ꝑma parte quando erat mortuus post morā ante secūdam stipulationē non potest loqui. l. cōtraria: q: tunc mora nō purgaret: vt. l. inter stipulantem. §. pe. s̄. de ver. obli. q̄ non pōt dici ficta obligatio cū iam esset mortu⁹: ⁊ sic non erat res super q̄ posset fingi: vt. l. q decem. §. idem rñsum. j. de so. Jtem secūda pars qua dicit hic loqtur quādo mora erat ante stipulationē secūdam. sed nō erat mortuus nō est vera: quia tūc mora purgat ⁊ desinit periculū ꝑtinere ad ꝑmissorem: vt. d. l. sticbū. in prin. ⁊ d. l. quotiēs. ¶ Quid ergo dicem⁹. breuiter gl. dat aliā lec. ī. d. l. quotiēs. ꝓ. vñ marcellus que est verissima. ibi loquit quādo quis fuit stipulatus post morā sub cōditione re presente. merito pōt habere vim obligatiōis: ⁊ intelligit mora purgata. hic vero debet intelligi re absente: vt. l. qui decē. §. idez responsum. de solu. ⁊ banc tenebāt Jaco. de are. Pet. Andre. de pisi. ⁊ do. Ray. ⁊ puto q̄ sit ꝓa: ⁊ licet contineat aliquam diuinationē: tamen hoc facimus ex distinctione quam facit tex. in. d. l. qui decem. §. idem responsum. de solu. ⁊ banc teneatis. ¶ Cōtra predicta oppo. de. l. parui. de condi. furti. Solu. stipulatio interposita animo nouādi pure purgat moram indistincte siue res sit presens siue non: vt in contrario. sed quādo interponitur sub conditione habet locum distinctio presentie: vel absentie. ¶ Jtem oppo. mora purgatur quādo per creditorez noua dilatio: concedit: vt. l. mora. s̄. de vsur. sed hic conceditur noua dilatio in conditionis euentū. ergo ⁊c. Solu. illud est verum quādo conceditur noua dilatio ꝑncipaliter. hic principaliter agebatur: vt libera ret a prima obligatiōe in euētum cōditionis. vnde dilationem habebat per quādam cōsequētiam alias non. ¶ Oppo. de. l. eum qui. §. fina. s̄. de verbo. obliga. vbi licet mora nō purgetur: tamen stipulatio conditionalis animo nouādi interposita nō cōmittitur re perempta. Solu. ibi loquit quādo vnus erat debitor: ⁊ ab alio suz stipulatus rem animo nouādi. hic quādo ab eodem debitore. vñ quātum ad eum videt res extare cum interijt post eius moram non purgatam. secus quo ad alium. ¶ Ultimo By. ponit hic vnā distinctionem imperfectā satis ideo esset reepilogāda: vt recolligamus predictas lectu. ideo pro declaratiōe distingue: quando precedit obligatio ⁊ mora: an per sequētem stipulationem purgetur mora: ⁊ sequens stipulatio cōmittatur. sic distingue. aut secūda stipulatio interponit non animo nouādi: aut animo nouādi. primo casu aut res erat presens ⁊ purgatur mora. aut erat absens: ⁊ tunc secus: vt. l. qui decem. §. idem responsum. de solu. ꝑm q̄ glo. intelligit illum. §. ⁊ l. parui. s̄. de condi. furti. aut fuit interposita animo nouandi: ⁊ tūc aut pure purgatur mora indistincte: vt. d. l. parti. aut sub conditione: ⁊ tunc aut res desierat esse ante secundam stipulatōnem post morā tamē. aut extabat. ꝑmo casu mora nō purgatur ⁊ nouatio fit: vt. l. inter stipulantē. §. pe. s̄. de ꝓ. ob. ⁊ l. si seruū. §. fi. e. ti. secūdo casu: aut res fuit ꝑsens: aut absens. ꝑmo casu mora purgatur: ⁊ sequēs stipulatio nō cōmittitur si res nō extat tpe cōditionis: vt. l. quotiēs. ver. vnde marcellus. s̄. e. fallit si esset actum q̄ mora nō purgaret: vt hic ꝑm lec. Ruge. secūdo casu q̄ñ res non erat ꝑs: aut res perijt postea facto ꝑmissoris. Jtez fallit si res periret facto ꝑmissoris: q: tūc stipulatio ꝓmitteret: vt hic ꝑm lec. Jo. ⁊ ꝑz. iij. lec. quā tēuit By. ⁊ Ja. ō are. qō ē vez q̄ñ ab ipso eodez debitore erat stipulat⁹ aīo nouādi. secus si ab alio. tunc enī licet mora nō purgetur. tamē sequēs stipulatio non cōmittitur: vt. l. eū qui ita. §. fi. s̄. de ver. obli. secūdo casu q̄ñ res nō erat ꝑsens: tunc mora non purgatur: ⁊ sequens stipulatio cōmittitur: vt hic ꝑz lec. quā tz glo. in. l. quotiēs. ꝓ. vnde marcellus. quā tenēt Moder. doc. ⁊ ꝓbatur in. l. q decē. §. idem rñsuz. j. de solu. intelligendo q̄ ibi secūda stipulatio fuit aīo nouādi. qō dixi q̄ scōa stipulatio ꝓmittit intellige si ab eodē fuerit stipulatus. secus si ab alio: vt. d. l. eū qui ita. §. fi. s̄. de ꝓ. obli. Jtem in hac. l. hētis. glo. que ponit casum ⁊ nō bene: vt ex ꝑdictis apparet ⁊ credo q̄ fuit additio ceruotina: ideo de ea non curo.

Si duo. Unus ex reis credendi pōt in alteri⁹ ꝑiudicium nouare delegare ⁊ nomina debitoris cedere. h. d. ¶ Contra hanc. l. op. de verbo ad verbū. s̄. de pac. l. si vnus. in ꝑn. dicūt qdam. ibi ī pacto. hic in nouatione nō est vez: quia tex. ibi loquitur de nouatione. alij dicunt id qō ibi dicit de duobus reis non tefertur ad oīa premissa. truffa est hoc dicere. alij dicunt q̄ ibi non erant socij: hic sic. truffa est: q: ibi dicit de argentarijs socijs. glo. dicit ibi loquitur de alia societate. ⁊ hāc sol. tz glo. hic. ⁊ ibi ⁊ vbiqz By. ⁊ Ja. ō are. ⁊ Old. ⁊ oēs excepto Guil. de cu. q dicit totū cōtrariū. ibi loqt ī duob⁹ reis socijs. hic ī duo. reis nō socijs. vide rōnem q̄ñ sunt duo rei socij qcquidab vno recipit insolutum deberet inter eos cōicari. nam vides q̄ vnus non potest alteri ꝑiudicare recipiendo solutionē eodez modo nec nouatiōe nec pacto. secus quādo non sunt socij: quia tunc pōt ꝑiudicare solutioni: ⁊ eadē ratione nouatione ⁊ pacto: vt hic. ⁊ l. in. l. falcidia hoc obseruandū. s̄. ad. l. falci. ⁊ hec opi. fuit renouata per Guil. que fuit antiqua opi. Azo. in. l. ex duobus. s̄. de duo. reis. Cōtra istam solutionem facit. l. si duo. s̄. de arbi. dic ut ibi dixi in materia de duo. reis.

f **Jticius.** Exceptio coherens ꝑsone q̄ obstabat delegāti: nō obstat ei cui facta est delegatio. h. d.

d **Abitari.** Qui bz liberez peculij administrationē potest nouare nisi animo donandi faciat. h. d.

In summa. ᵇ Una stipulatō ꝑt nouare plures stipulationes. h. d.

¶ De solutionibus ⁊ liberationibus.
Ex hac Rica sequenti

¶ Quid differt solutio a liberatione.

¶ Jsta rubrica ꝓtinuatur hoc modo. Dictū est. s̄. de nouatione obligationū. verū q: nouatio equiualet solutioni: vt. s̄. ti. i. l. si rem. §. fi. ideo ponit hic rubrica de solu. ¶ Querit glo. qd differt solutio a liberatiōe: ⁊ glo. rñdet q̄ solutio est facti: ⁊ sic ponit pro ipso actu solutōis liberatio est qdam effectus iuris q̄ñ qs absoluit ab obligatiōe. ¶ Cōtra istud op. primo dicit q̄ solutio est in facto. cōtra ímo solutiōis ꝓbum generale est: ut. j. eo. l. solutiōis. dicit glo. fateor q̄ qñqz ponitur largissime: sz hic ponitur stricte ad dñiam alterius liberatōis. qō qualiter intelligat: dicaz in. l. contraria. ¶ Secūdo op. hic dicitur q̄ solutio facti est. contra ímmo est iuris hoc est

a ¶ Jrē aliquā vnā distinctionē. an ꝑ sequentez stipulatiōem ꝓditōalē purget mora ꝑcedens. ⁊ qñ ꝑdicta stipulatio ꝓmittatur adō bar. ī. l. eū q ita. § fi. de ꝓ. ob. ⁊ dicit rapha. vt dicit dñs me⁹. i. l. scire ōbem⁹. §. fi. de ꝓ. obli. q̄ stipulatō purgat moram. vide ibi.

b ¶ Jn sūma. vide q̄ cōsuluit ro. cōsi. ccccij.

dñij trãslatio. nã si dñiũ nõ transferet nõ diceret solutio: vt. j. e. l. q̃ si forte. §. fi. sed trãslatio dñij dicit esse iuris: vt. l. vbi aũt. in fi. s. de ꝓb. ob. ergo &c. So. si nos accipim⁹ fcm̃ largissime: vt cõprehẽdat dationẽ: tũc ista glo. ꝓcedit sine scrupulo: vt. l. in facto. s. ō cõdi. & de. si ꝓo accipim⁹ stricte ꝓut ẽ spẽs distincta a datõe: tũc vtrũ solutio sit facti vel nõ dic: vt. l. si ita stipulat⁹. §. possuz. & ibi dixi. s. de ꝓb. ob. & q̃ so. sit facti: vide ĩ. l. cõsilio. in fi. s. de cura. furio. tñ debz intelligi dictus tex. ſm p̃dicta. habetis examinatã ꝑmaz opi. & verã. Alij ꝓo dicunt aliã dñiam inter solutionẽ & liberationẽ: q: dicit q̃ solutio est qñ obligatio tollit. liberatõ est qñ ab obligatõe eximitur remanẽte obligatõe in rerũ natura: vt in deportato: vt vidistis ĩ. l. si debitori ꝓportato. s. ti. .ij. qō glo. nõ multuz placz ſz satis pōt sustineri. Quero vtrũ iste ti. loquat de liberatiõibus que cõtingũt ipso iure: an de his que cõtingũt ope exceptionis glo. dicit q̃ de vtraqz & bene.

Ex. l. sequenti.

¶ Soluens potest. l. quam velit circa electionẽ cause dicer: ibi. Tertio. Et ĩ reb⁹ alienis extimatur culpa si nõ facit illud q̃ deberet facere q̃ libet diligens pr̃familias: nisi res aliena cõmissa sit eius arbitrio: ibi. Itẽ op. Et qualiter itelligat in re pñti & incõtinẽti: ibi. Quero. Et an creditor debeat eligere in cõtinẽti in quã cãm uelit ascribere solutionẽ: ibi. Scõo. Et an cuz creditor recipit pecuniã & dicit ego: ascribã ĩ talẽ cãz & debitor velit q̃ in aliã cãm quare disco: dãt an teneat reddere pecuniã debitori: ibi. Tertio.

¶ De solutiõib⁹. Rubrica.

a Uoti-
q ens. si minus diligenter. Qñ cõmissa est res arbitrio alicuius adde bal. in .l. i. C. e. fac tex. & qō ibi glo. in. l. i vẽditiõe. §. i. ō bo. auk. iud. possi. et ibi bar. vbi qui hz arbitriuz si tenetur de leui culpa ſz Imol. ꝗ tenentẽ exp̃sse ꝓtrariũ vid bal. i. l. i. i. ij. oppo. C. de bis q̃ pe. no. & p hoc posset limitari. l si vt certo. .§. nunc vidẽdũ. s. cõ.

Uoticns.

b Ista. l. continuat vsqz ad
q .l. in his. §. si duos & cõsueuit videri difficilis: tñ clara ẽ & diuidit ĩ q̃tuor ptes. Primo loquit qñ debitor solues eligit in quã cãm soluat. Scõo qñ nõ eligit debitor: ſz creditor. Tertio qñ dz fieri ista electio. Quarto qd iuris sit nemine eligẽte. ſa ibi. quotiẽs ꝓo. tertia ibi. sed cõstituere. quarta in. l. ceterũ. ꝓ. q̃ si forte. & durat vsqz ad. §. si duos. ¶ Op. C. eo. l. i. & de vsur. l. si vsuras. vbi prius videt solutũ in vsuras q̃ in sortẽ. glo. dicit intelligo istud ꝑncipiũ in plurib⁹ causis ꝑncipalibus. secus si vna ẽ ꝑncipalis alia vsuraria: vt in cõtrarijs. hoc nõ est vex q̃tũ ad ꝑncipiũ huius .l. sup quo posita ẽ gl. nã qñ debitor eligit ĩ illã cãm est solutũ in quã eligit nõ habita distinctiõe causax. ſz dictũ gl. ẽ uerũ qñ solutio ẽ facta simpliciter electiõe a nemine facta. ¶ Scõo op. j. l. ꝑri. Sol. qō hic dr̃ q̃ est in arbitrio soluẽtis est uerũ nisi creditor ꝓtradicat: ut dicã stati in. l. ij. ¶ Tertio op. videt q̃ soluẽs nõ possit dicere. l. quã ipse vult in soluẽdo: ut. l. in traditiõibus. & ibi gl. s. de pac. So. soluẽs pōt dicere legẽ quã uelit circa electionẽ cause in quã soluat. aliã ꝓo legẽ nõ posset dicere si soluit debitũ ciuilit & naturaliter: ut no. in. d. l. in traditionib⁹. s. ō pac. qō tenemẽti: q: singularis ẽ gl. ¶ Uenio ad secũdaz ptẽ & uidet q̃ arbitriũ datũ creditori nil iportet: q: debebit semp eligere cãm grauiorẽ: sicut elegisset debitor. & sic hec. l. vr̃ frustra posita. hui⁹ timore sũt in hac. l. due gl. vna est hic. alia in. l. ceterũ. in gl. magna q̃ pōit multas solutio. dicũt qdã q̃ ꝑdest in hoc: q: poterit eligere debitũ cui⁹ ꝑbationẽ nõ habebat. istõ nõ est uerũ ſm glo. & oẽs modernos: q: hoc faciendo nõ faceret negociũ debitoris: ut suũ. ꝑterea istõ debitũ est ĩ cõtrouersia: ergo istud nõ pōt eligere: ut hic in tex. Preterea nõ esse & nõ apparere paria sunt: ut. l. in lege. s. de ꝓtrahẽ. emp. & hoc tangit per Ly. in. l. i. C. e. in ꝑma opi. dat ergo glo. alias solutiões ostendẽdo quid hoc ꝑdest creditori. & ĩ oibus gl. bene dicũt. Tñ unũ not. inter cetera q̃ ista electio ꝑdest creditori ĩ hoc: q: pōt eligere in cãm leuiorẽ dũ tñ sic eligat ꝑut in re sua eligeret. qd enĩ si est hõ ita curialis & nobilis q̃ ipse citi⁹ solueret creditori sine usuris q̃ ei creditori q est cũ usuris. sufficit enĩ q̃ faciat negociũ debitoris: ut suũ negociũ gereret. ¶ Itẽ op. ō. l. ceterũ. j. e. ubi dicit q̃ semp uidetur debere cõputari in cãz durioẽ. Sol. illõ est uerũ in dubio. sed si cõstat uel per cõfessionẽ ꝑtiuz: uel ꝑ alias ꝑbatiões sic ipm̃ gerẽt negocia sua: & sic ꝑ se faceret & solueret si haberet solure satis est. ¶ Sz op. fatuitas creditoris nõ dz obesse debitori: ut. l. nõ dz de reg. iur. So. iputet sibi debito: q cũ potuerit creditori ab initio eligere & nõ eligit uel cũ potuerit creditori eligẽti in talẽ cãz nõ resistit: ut. l. qō qs. de reg. iu. ¶ Itẽ op. ō. l. si cõstante. §. si marit⁹. s. solu. ma. ubi culpa q̃ in reb⁹ ꝑpr̃ijs tollerat in alienis punit. Rñ. aduerte: q: hoc est multũ notãdũ. Culpa in reb⁹ cõibus estimat si aliqs nõ facit illud in cõibus sicut ĩ suis: ut. l. heredes. §. nõ tñ. s. fami. her. & l. si soci⁹ socio. s. ꝑ socio. in reb⁹ alienis estimat culpa: si nõ facit illõ qō deberz facẽt diligẽs paterfami. vt. d. l. si cõstãte. §. si marit⁹: & s. ō ac. & obli. l. i. §. is quoqz. qō vex ẽ: nisi res aliena sit ꝓmissa ei⁹ arbitrio. tũc enĩ ista ꝓba ei⁹ arbitrio hoc ipoꝛtãt: vt faciat illõ qō ĩ re sua faceret ẽt si min⁹ diligẽter faceret tex. ẽ hic cũ sua gl. qō ẽ valde notãdũ. vide tex. ibi quotiẽs ꝓo nõ dicim⁹ id qō solutũ sit ĩ arbitrio ẽ accipiẽtis &c. aliud ẽ ergo deponere cõmodare vel locare vnã rẽ simplicit. aliud ẽ ꝓmittere ĩ arbitrio tuo: q: tũc excusaris ſz male facias si ita facis sicut faceres ĩ tuis: viõ gl. q̃ incipit hec exẽpla &c. itẽ vide gl. in. l. cetex &c. q̃ incipit nec a creditore &c. ¶ Ulteri⁹ ꝑcedo. hic tex. vt̃ inuere q̃ dz eligẽt in id qō ꝑ alio qs fideiusserat. aut cui⁹ dies nõ ꝓuenerat. ſz iste nõ sũt cãe grauiores: vt. l. & magis. ergo &c. Sol. hui⁹ timore qdã itelligũt hũc tex. vt dicat nõ dz eligere debitũ qō ẽ liqdũ ſz ō bitũ qō ẽ in ꝓtrouersia. vñ cũ tex. dicit nõ eligat debitũ qō nõ ẽ in ꝓtrouersia bñ sequtur. aut illõ qō ꝑ alio qs fideiussit. aut cui⁹ dies nõdũ venit q̃si diceret ista ñ eligat & sic nõ ob. ꝓtraria. Ista lec. nõ placz: q: debitũ qō ẽ in ꝓtrouersia nõ pōt eligi donec liqdet. ar. C. de cõpẽ. l. fi. & ar. s. de re iudi. l. a diuo pio. §. si sup reb⁹. & §. se. & iõ dz legi affirmatiue: vt dicam⁹ indebitũ qō nõ est in ꝓtrouersia. sed si ẽ liqdũ dz eligẽt solutũ. & qō sequtur baud ĩ illud ꝑ quo &c. ponat baud ꝑ non & sic cũ aspiratiõib⁹: vt sic baud ꝑ nõ ponat: et q̃ sequit aut cui⁹ dies &c. illõ aut stet ꝑpr̃ie.

¶ Uenia m⁹ ad tertiã ꝑticulã. sed cõstituere vr̃ q̃ ista lr̃a sibi ꝓtradicat. nã p̃io dicit q̃ dz fieri stati cũ solutũ est & sic re ꝑfecta. deide dicit cũ ĩ re agẽda. & sic vr̃ q̃ debeat fieri aĩ rẽ ꝑfectã. huius timore gl. supplet hic q̃ dr̃ in re agẽda supple q̃ fuit. alij aliter dicũt q̃ apparebit ex ōclaratiõe sequẽtis questiõis. ¶ Quero q̃liter itelligatur in re pñti. qdã dicũt parũ aĩ vel parũ post: & istud ẽ satis bñ dictũ: vt. l. iij. C. de edili. actio. & l. modestin⁹. j. e. cõiũcta. l. iurisiur. circa ꝑnciꝑiũ. s. ō oper. li. & l. in bone fidei. C. ō pactis. tñ Ja. ō are. dicit magis itelligibiliter. ea oia dicũtur incõtinẽti fieri q̃ fiunt anteq̃ cõtract⁹ vel alius actus sit a partib⁹ habitus ꝑ pfecto b & absoluto: vt. l. cõtractus. C. de fide istru. & hoc idẽ

b ¶ Pro p-
fecto. Sed bar. in. l. i bone fidei. C. ō pac. ſz ōriuz & ibi dixi. et adde bar. in .l. iur isgẽtiũ .§. qnimo. i fi. s. de pac. & de hac dictione incontinenti vide glo. & bar. et qō ibi dixi. i .l. iij. §. cum igit. s. de vi & vi. ar.

ADDE De dictiõe icõtinẽti bald. cõsilio. cccl. viiij. iij. li.

dicā in solutiōe hic anteq̃ solutio sit habita ꝑ perfecta & absoluta dz fieri ista electio. Ly. hoc refert. C. e. l. i. in ꝓma. q. & sic tex. qui hic dicit statiz atqz solutū est idest hoc est añq̃ res sit habita ꝑ absoluta & q̃ requirit in re agēda &c. eodē modo itelligo: qz res agēda dr anteq̃ sit habita: & ꝑ pfecta & absoluta a ptibus posito q̃ numeratio sit pfecta. ¶ Scōo q̃ro video q̃ debitor debeat eligere incōtinēti qd ō creditore an posit eligere ex iteruallo. glo. mag. in hac. l. cetex. in ꝓn. gl. magne vr dicere q̃ sic q̃ creditor posset eligere donec viuit nō postq̃ est mortuꝰ: qa nō trāsit ad heredē. alia gl. in hoc ꝟ. sz cōstituere. sup ꝟbo cōstituere. tz cōtrariū. istā puto verā ꝑ tex. q dicit si alio noie est solutū qs eoꝝ velit: ergo vr q̃ quilibz eorū debeat incōtinēti eligere. dz tamē aliquātulū spectare creditor debitorez eligentē cū ꝓus electio ad eū pertinz. Itē puto q̃ creditor debeat facere illā electionē pūte debitore: qz licitū est sibi ꝓtradicere. & ex hoc pōt ledi. ergo dz eē pūs: vt. l. nā ita diuꝰ. §. ō adop. ¶ Tertio q̃ro pone q̃ cū iaz pecunia eēt in manibꝰ creditoris ipe dixit ego ascribā tibi talē causaz. debitor ꝓtradicit imo ascribas ī talē cāz nec cōcordāt: an creditor teneat reddere pecuniaz debitore volēte. certe puto q̃ sic: & si nō reddit videt eū spoliare ꝑ viz illa pecunia. ar. l. iij. §. de pig. act. & hoc vr sentire gl. q̃ est hic in. l. i. sup ꝟbo indebitū. in fi. gl. ¶ Uenio ad quartā pticulā ibi q̃ si forte. & op. q̃ nō cedat in cāz durioré: vt. j. e. l. in his. §. iperator. Sol. ibi loqtur in pecunia redacta ex pignore vēdito: hic in pecunia soluta. ¶ Itē op.[a] de. l. i. C. e. & de vsur. l. fi vsuras. Sol. dicūt quidā istud dz intelligi qñ vtraqz cā est ꝓncipalis. secus si vna ē ꝓncipalis alia vsuraria: qz tūc ꝓus cedit in vsuras q̃ in sortē. & ita dicit pria gl. parua antiq̃ que ē sup. l. i. hodie est sup ꝓncipio legis ꝓme vna gl. magna q̃ fuit additio q̃ in fi. sui pōit aliā solutionē ad ista ꝓtraria: & dicit q̃ nō obstāt ille leges: qz vsura ē grauior cā: qz debitores tenaces qñ soluūt vsuras videtur sibi exhere oculos. & iō est melius q̃ cedat in solutionē vsurarū ne de cetero teneat soluere vsuras. Alij dicūt q̃ hoc nō ē verū: qz sors parit vsuras sz vsura nō parit vsurā. Tu tene ꝓmā sol. qz lz cā sortis sit durior: tñ videt ꝓus solutū in vsuras & hoc expssa cōstitutiōe ꝓncipū: vt in legibꝰ cōtrarijs. qd ē verū si vsura eēt debita ciuiliter & naturaliter: secꝰ si naturalit tñ: vt. d. l. in his. §. iperator. Et potuit eē ratio odiū debitoris q̃ passus ē vsuras cōcurrere sua mora ō hoc no. in. l. si vsuras. C. ō vsu. ¶ Ultimo habemus hic distiguere. nā de ista materia habetis glo. nouā positā in ꝓn. l. q̃ distinguit. & habetis gl. antiquā sup. l. ceterū. in fi. gl. magne q̃ similiter distiguit. Ly. etiā ō hoc pōit vnā suā dictionē. & Ly. C. e. l. i. q̃s omitto hic dicā forte in ꝓcessu ti. qz ille sunt iperfecte. ¶ Ultimo no. hāc. l. & magis. q̃ in dubio magis videt qs soluere vel aliū actuz suo noie facere q̃ alienoꝰ[b] retigi in. l. si stipulatꝰ. §. grisogonus. §. de ꝟb. obli.

Si duos. ¶ Op. plures fideiussores tenent insolidū: vt insti. de fideiuss. §. si plures. ergo si ꝑ vno soluit insolidū alter liberat: vt. l. ij. & iij. in fin. §. de duo. re. huiꝰ timore hic. §. legit[c] duobus modis. vno mō q̃ fideiusserūt qlibet ꝑ parte hoc expsso: & hec ē clara. Alio mō q̃ fideiusserūt simpliciter: & tūc obstat ꝓtrariū. sed rndet duobus modis. Primo q̃ fuit facta pticularis solu. creditore volente. Ista nō placz: vt dicā. j. Alio modo q̃ solutio fuit facta pticularis creditore inuito: qa cū qlibet esset soluēdo poterat ꝑ beneficiū epistole petere diuisionez: iō creditor cogebat admittere pticularē solutionē ꝑ fideiussore & ista est vera. Ulterius op.[d] si vnꝰ fideiussor ē liberatus creditor alteri fideiussori qui remāsit in obligatione nō poterit actionē cedere sz q̃ tenet: vt. l. vt fideiussor. & l. cū his. de fideiuss. & sic ꝑ cōsequētiaz alter videt liberatꝰ: vt. l. stichū. §. pe. j. eo. So. illud verū qñ creditor nō pōt cedere actionē facto suo: secus si facto debitoris eo inuito: vt hic. ita intelligit glo. hūc. §. s. ti. ij. in. l. si stipulatꝰ. §. fi. in fi. gl. magne. & iō non ꝓcedit illa solutio q̃ hoc cōtingit volūtate creditoris. Itē nō ꝓcederet iste. §. qñ fideiussores nō haberēt beneficiū diuisiōis: vel qz alter nō eēt soluēdo. uel qz eēt illi bñficio renūciatū: qz tūc pticularis solutio nō admitteret inuito creditore.

Imperator. ¶ Iste. §. diuidit ī duas partes qz prio loquit in pecunia redacta ex vēditōe pignoris. Scōo in pecunia soluta scōa ibi: sed & si forte. Itē q̃libet pars diuidit in alias duas pticulas: vt pz in tex. uide tex. ibi non habebūtur. & dic ī mo cedere dz ꝓus in usuras naturaliter & ciuiliter debitas: uel in sortē nō in usurā debitā naturaliter tm̃. ¶ Op. q̃ solutio cedat in diuersas cās usurarū ꝑ rata: ut. j. e. l. pupilli. §. pe. Sol. hic sūme debiti ꝓncipalis erāt eq̃les lz sūme de usur. diuerse. ibi nō erāt eq̃les sūme debiti ꝓncipalis ita itelligit dñs. Old. lz gl. nō soluat.

¶ Itē op. ō. l. si finita. §. cū aūt. s. ō dam. infec. Sol. illa magis cōcordat q̃ discordat: & q̃liter intelligat ꝟbū eq̃liter dic: ut ibi. ¶ Tertio op. j. e. l. paulꝰ. §. paulꝰ. So. hic loqtur qñ creditor nō elegit qd poterat: ut. l. ꝓtra. Ultimo tenementi. hunc. §. in fi. qui distinguit in. l. i. C. eo. & l. si usuras. C. de usur.

Apud marcellū. Qñ mēs legis ē certa ō ordine nō curat. h. d. ¶ Mo. tex. ī. l. nec enī. Ut de glo. q̃ incipit no. ordinē in fi. gl. dic ꝓm By. Sol. vbi certa intētio disponētis vel iuris cōis nō attēdit ordo: vt hic & §. s. ō. le. ij. l. cū pater. §. fideiussor. alias secus: vt in ꝓtrarijs. tu dic latiꝰ: vt dixi tibi ī. l. ij. §. si pus. ō vulga. & pupilla. sub. Ex. l. sequenti.

¶ Cā grauior dr famosa & q̃ debetur ex instro guarētigiato dicit deberi ex cā grauiori.

Iquid ex famosa. ¶ Mo. q̃ illa dr cā grauior q̃ est famosa. & iō si est aliqd debitū quo nō soluto qs incideret in excōicationē ex cōstitutiōe epi illa dicere cā grauior. Itē illd qd est debitū cū instro q̃ hz paratā executionē dr deberi ex cā grauiori q̃ illud qd debetur per libelluz: vt hic ꝑ put loquit de causa iudicati qd tenet mēti.

Illud. ¶ Quero qd si vna sūma ē maior altera. gl. dic nō eē curādū. vt. l. si ī duabꝰ. j. ō re. iu. Tu dicas hic. vt dicā in. l. pupillus. §. pe. j. eo.

Istipulatus. Si ꝓuus ē adiectꝰ nō pōt solui dño. h. d. Et rō huiꝰ ē: qz seruus adijcit ad simplex factū solutiōis recipiende. ideo non transit in dñm: vt. l. qui heredi. in pin. §. de condi. & demō.

Qui decez. In obligatione q̃titatis vel spēi certe. solutō partis liberat apte. secus in obligatiōe generis

a ¶ Itē op. ō hac materia vide vnū bonū verbuz ꝑ bal. in. l. i. C. e. hic alleg. & vide tex. no. & ibi bar. i. l. si ex plurib. §. i. i fi. j. e. & l. cū ex plurib. j. e. vbi plene.

b ¶ Suo nomine facere an ꝓsumat quis magis suo noie facere q̃z alieno. vid bar. in. l. post dotē. i. iij. & vi. lec. di. §. solmatri. & per bar in. l. i. §. nūciatio. §. de ope. no. nū. & qñ qs dicatur magis suo noie soluere quā alieno: vide bar. i. l. si pene. §. de cōdi. inde. Et limita vt ꝑ bar. in. l. mater. in vsi. ex glos. de rei vēdi. & ibi vide bal. in fi. An & qñ qs vēdit rē meam videatur vēdere noie proprio.

ADDE Iis vltimis verbis pau. de ca. cōsilio. cxxxvi.

c ¶ Si duos hic. §. legit. hoc nō ē alibi ꝓm bal. in. l. ꝑ heredi- tarijs. in. l. col. C. de heredi. act. q̃ lz q̃ si possit cogere creditorē ad recipiendū ꝑ tē tamē fallit quādo qs dedisset duos fideiussores nō insolidū quo casu licz debitor eiꝰ noie non possit soluere partez: tñ poterit noie fideiussoris: ita bal. in. l. acceptaz. C. de vsur. i. v. ij. op. alias. viij. colū. & imol. in. l. si stipulatꝰ. §. i. j. e.

d ¶ Ulteriꝰ op. vide qd dixi pꝰ bart. in. l. ex duobus in. i. colū. §. ō duoreis.

